

Pra. 74. num. 16.

6
DISPUTATIO JURIDICA
DE
**SOLENNIBUS
JURAMENTORUM,**

QUAM

*ANNUENTE DEO TER OPT. MAX.
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DN. FRIDERICO WILHELMO,
REGNI PORUSSICI, ELECTORATUS
ET PROVINCiarum BRANDENB. HEREDE,
ET RELIQUA,*

**IN ILLUSTRI ACADEMIA FRIDERICIANA
PRÆSIDE**

**JAC. FRIDERICO LUDOVICI,
J. U. L. & Profess. Publ. Extraord.**

Placito Eruditorum examini submittit

Tham Löser, Eques Misnicus.

Ad. d. VI. Maii Anno MDCCII. H. L. Q. C.

Typis CHRISTOPH. ANDREÆ ZEITLERI, Acad. Typ.



DISTATIA TUDIUM
SOLERNIANA
JURAMENTORUM

ANNUALITER IN TUDIUM SOLERNIANUM
RECTORIS MAGNIFICENTISSIMO
TALAMUM PRO ROMANIS AC DIVERSIS
DNTERRICO MULIERUM
REGI PORSICIS RECORTATORIS
ET PROVINCIALUM ARMANDI HERZOGI

In HISTRI ACADAMIA ERASMIANA
TAKSIADAE

AC TUDIUM SOLERNIANUM
TUE ET TUDIUM SOLERNIANUM
HOC QD TUDIUM SOLERNIANUM

SOLERNIANUM
TUDIUM SOLERNIANUM
TUDIUM SOLERNIANUM

CHRISTIANA AVDE REITI AEGI

CHRISTIANA AVDE REITI AEGI



DISSERTATIONIS JURIDICÆ DE SOLENNIBUS JURAMENTORUM.

CAPUT. I.

SOLENNIA JURAMENTORUM HISTO-
RICE RECENSET.

CONTENTA HUJUS CAPITIS.

LEGES quæcunque ad promovendam Reip. tranquillitatem tendere debent & ad excludendas malorum hominum fallacias. Unde Principes sepiuscule non solum Leges naturales denuo inculcant, sed & iisdem novas superadulant. §. I. Juramenta plane tolli possunt, si subditis veritati studeant. Quamdiu autem hoc non ab omnibus sperandum, merito cautela instar retinentur. §. II. In juramentis reprehenduntur essentialia & accidentalia. Essentialia est invocatio Numinis divini eaque explicita, vel implicita. §. III. De questionibus, quæ occasione diversarum formularum hic agitari solent, remissive, §. IV. Solennia juramentorum moribus Gentium originem debent. Talia in omnibus fere actibus tam inter vivos, quam ultimarum voluntatum, imo in ipsa Religione reprehenduntur recepta. §. V. Solennia juramentorum in duas classes dispesci possunt, ita ut alia ad verba jurantium, alia ad ipsorum gestus & loca, in quibus juratur, pertineant. §. VI. Ad solenni verborum referuntur execrationes præter invocationem Dei addi solita quorum exempla adducuntur, §. VII. Nea non contestationes per res jurantibus gratissimas. Singularis jurandi formula Solymanni, Imperatoris Turcarum, §. IX. Catholici non per solum Deum, sed etiam per Santos & Angelos interdum jurant. Exemplum solenne de tem-

CAP. I. DE DIVERSIS

poribus Justiniani Imperatoris. Justinianus & alias ipse Mariam invocavit §. IX. Imperator noviter electus etiam per Sanctos jurat. Alia exempla. §. X. Formulam jurandi per Deum & Sancta ejus Evangelia. Evangelici per Sanctos jurare noluerunt, unde in ipsorum favorem dicta formula: per sancta Dei Evangelia, substituta fuit. Hodie in negotiis imperii mentio Sanctorum aliquando ab ipsis Catholicis quoque omittitur. §. XI. Varia exempla adhibita formula de Sanctis Dei Evangelii. Nonnunquam in singulari, quandoque etiam in numero plurali adjiciuntur. §. XII. Interdum meritum Christi invocationi Dei adjungitur. Interdum mentio sit Dei & sancti ejus verbi, quod exempli illustratur. §. XIII. Solennia quo ad gestus jurantium. Exempla varia de Gracis & Romanis, qui in templis, per Regium sceptrum, tactis Sacrificiorum extis, super casis hostiis, &c. jurarunt. §. XIV. Alia solennia eorum, qui in sacra Scriptura jurasse leguntur tactu femoris, elevatione manus, immolatione sacrificiorum, &c. §. XV. Recensentur vulgata explicaciones, quid jurantes per hosce ritus innuererint, §. XVI. Mos jurandi per adhibitas Sanctorum reliquias, cuius memorabile exemplum refertur. §. XVII. Ritus jurandi maxime usitatus & apud Catholicos & Evangelicos tactis Sacrosanctis Evangelii. Textus ex jure civili & canonico hic pertinentes. §. XXIX. Exempla hic pertinentia & antiqua & recentiora. §. XIX. Juxta Auream Bullam Elegores Ecclesiastici in conspectu saltet Evangeliorum, Seculares autem iis corporaliter tactis jurare debent ad electionem novi Imperatoris se accingentes. §. XX. Alia exempla de tactu Evangeliorum in investituris feudorum Imperii usitato. §. XXI. Interdum duo saltet priores digiti, interdum integra manus Evangelio imponitur. Interdum Evangelium S. Jobannis, interdum historia nativitatis Christi in S. Biblio evoluti solet. Explicatio vulgata harum rituum. §. XXII. Adbiberetur aliquando Cruz in prestatione juramentorum. Aliquando manus Altari imponuntur. Aliquando in genua procumbunt jurantes. Explicatio harum ceremoniarum. §. XXIII. Maseuli in judicis nostris duos, interdum tres digitos elevant, Feminae digitos peclori sinistro applicant. Quid hoc ipso denotetur? §. XXIV. Solennis formula tenuncandi feminarum in dicasterio Rothwilensi mit Mund und Hand, mit Zopf und Brust. §. XXV. Accendantur alicubi candela & caput defuncti proponitur juraturis. Fenebra aperiuntur. Conclave nigro panno obfuscata.

JURAMENTORUM SOLENNIBUS. 5

fuscatur. Alicubi chirotheca ferrea & gladius adhibentur. Explicatio
borum rituum. §. XXVI. Solemnis avisatio de perjurio vitando, quæ
interdum adhibito Ecclesia Ministro fieri consuevit. §. XXVII. Solem-
nia Judæorum juramenta in Hungaria & Bohemia, quorum integra
formula recensetur. §. XXIX. XXX. & XXXI. Ritus jurandi, daß die
Juden auf einer Schweins-Haut stehen müssen, quem apud veteres
Saxones in usu fuisse dicunt fabulosus esse videtur. §. XXXII. Solenni-
tas in juramentis purgatoriis olim observata adhibitis Compurgatoribus
sive Sacramentalibus in usu esse desit. §. XXXIII. Solennia in juramen-
to conjurationis Catilina observata. §. XXXIV.

§. I.



Mnia, quæ constituuntur à Legis-
latoribus, eo tendunt, vel ad mini-
mum tendere debent, ut finis Rei-
publicæ, qui in communi pace &
tranquillitate consistit, commode
obtineri queat. Quemadmodum
enim Pufendorffius in tract. de Jur.
Nat. & Gent. lib. 7. cap. 1. §. 8. necesse
est constitutio civitatis inter homines depravatos in-
ter alia exinde deducit, quia sola reverentia legis naturalis
efficere non potuit, ut quidquid est mortalium in natu-
rali libertate securi invicem viverent, cum maxima cor-
rum deprehendatur turba, quibus omnia sancta vilia
sunt, quoties spes lucri arriserit, & fiducia propriarum
virium aut solertiae, qua repellere aut eludere læsos se
facile sperent: ita quoque post constitutas jam Respu-
blicas sola legis naturalis reverentia itidem non suffi-
cere videtur, ut quies publica obtineri omnesque frau-
des removeri possint. De pluribus enim proh dolor!
valet effatum Hobbesii in libro de Cive cap. 5. §. 1. Spem uni-
cuique

A 3

cuique securitatis conservationisque suæ in eo sitam esse, ut viribus artibusque proximum suum vel palam, vel ex insidiis preoccupare posse. Et hæc est causa, quod pro diversitate populorum diversæque eorum indolis Principes partim Legibus naturalibus novas superaddere, partim naturalium observantiam sub gravi poena denuo inculcare: partim etiam remedia conquirere soleant, quibus per indirectum justitiam & bonum publicum promoveri posse existimant, ex quibus duo priora necessitas effagitat, ultimum autem ad cautelas & prudentiæ regulas refertur.

§. II. Hoc ergo extra dubium est, statuto & Principis dispositione sæpe remitti posse juramenta, si de subditorum integritate vitæ convictus sit Princeps, & in iisdem præsumtio fraudis, subornationis & falsitatis cesseret, quale quid de Nobilibus in Bohemia, Austria & Bavaria adducit Gail. lib. 1. obs. 101. num. 13. & ex illo Multz. in Represent. Majest. Imper. P. 2. cap. 31. §. 1. num. 12. quorum sigilla & subscriptiones juramenti loco habentur. Imo & hoc extra controversiam poni debet, juramentis plane carere posse Rempublicam, si simplex mendacium non minus, quam ipsum perjurium pœnâ condignâ coerceatur. Nihilominus tamen cum mendacium ex inconvenientia verborum & animi nostri oriatur, & per consequens aliquid internum sit, quod in oculos ita aperte non incurrit: interna autem communiter, ut rei indoles postulat, à Jctis difficillimæ probationis esse dicantur; hinc cautelæ loco, ut præscindatur, quantum fieri potest, via mendaciis, juramenta omnino adhiberi posse existimamus. Succinctè rem exprimit Excell. Dn. Thomasius in Jurisprud. Divin. l. 2. c. 9. §. 1. & 2. Juramentum, inquit, in subsidium naturæ corruptæ tantum introductum est, quia in

JURAMENTORUM SOLENNIBUS.

7

in statu corrupto non aliud nobis suppetit medium, quo in eo, qui aliquid assérerit vel promittit, fallaciam aut perfidiam, in altero vero, cum quo negotium est, dubitatem & incredulitatem ex intentione nostra supprimemus, cum nemo credatur tam impius, ut ita petulanter gravissimam Numinis omnisci & omnipotentis (qui communis omnium gentium de Deo conceptus est) indignationem in se depositare sit ausurus.

§. III. Duo autem in omni juramento inveniuntur, *essentiale* unum, quod nunquam salva juramenti integritate abesse potest, reliqua autem *accidentalia*, quæ ex communi accidentium definitione & abesse & adesse possunt, salva nihilominus rei substantia. Prius consistit in invocatione Divini Numinis, v. g. *Deus testis sit*, vel *Deus sit vindicta*, quæ duo eodem recurrere recte existimat Hug. Grotius de Jure Belli & Pac. lib. 2. cap. 13. §. 10. quia scilicet testimonium divinum cum testimonio hominis alicujus neutriquam comparari potest. Cum enim Deus sit superior, cum sit omniscius, cum jus puniendi simul habeat; ergo dum testis advocatur, simul ab eo perfidiæ ultio poscitur, & qui scit omnia, ultior est, quia est testis, Grotios loc. alleg. Nec interest, utrum Deus ita explicite, vel an implicite saltem invocetur, v. g. So wahr Gott lebt: so wahr der Herr lebt: so wahr Gott Gott ist: item an discrete nominis Divini mentio fiat, an vocabula æquipollentia adhibeantur, v. g. bey dem Wort der ewigen Wahrheit, videlicet de hac formula Finckelth. observ. 116. pertinet. Imo & in verba intuitu Dei efficaciam veri juramenti habere existimat, si invocatio divina per consequentiam ex verbis adhibitis elici potest, v. g. Bey meiner Seele, item der Teuffel hole mich, cum eo ipso hoc innatur: *Deus testis esto, quod veritatem dicam, & si menti-*

or,

or, Deus animam meam perdat, vel Diabolo potestatem eam perdendi concedat, quamvis hodie, ubi ad decorum (perversum quidem) refertur, si haec & similes formulæ sœpius reperantur, ejusmodi asseverationibus vix fides haberi possit.

§. IV. Plurimæ hic à DD. ventilari solent quæstiones, v. g. an formulæ an Eides statt: bey Adelichen Trenen, Glauben und Worten: bey Cavaliers Parole, &c. vim juramenti habeant? nec non, an per falsos Deos jurare sit permisum? item, utrum homini Christiano liceat à Gentili juramentum exigere, quem per falsum Deum juraturum esse certe novit? Sed vero, si omnes hasce quæstiones in præsenti resolvere vellemus, nimis quantum à scopo, quem nobis proposuimus, & quem titulus Dissertationis nostræ indicat, discederemus. Et hinc ad Grotium, Pufendorffium, Thomasium, aliosque similes præstantissimos viros de doctrinæ moralis incrementis insigniter meritos Lectorem remisisse satis esse poterit.

§. V. Contineamus ergo nos intra cancellos nostros & de solennibus juramentorum solummodo disquiramus. Hæc originem suam debent moribus Gentium & Legibus civilibus, minime autem ex ipsa juramentorum natura profluunt. Tales autem fuerunt mores Gentium, ut in nullis fere actibus civilibus in simplicitate naturali persisterent, sed ubique aliquid superadherent, per quod majorem iisdem splendorēm conciliari crediderunt. Exempla in jure Romano quoq[ue] in manumissiones servorum, emancipationes liberorum, stipulationes, testamento & actiones formulas præsto sunt. Imo nec ipsa Christiana Religio, plana alias & simplici via à Christo proposita, ab iisdem immunis manere potuit. Quid ergo mirum, quod in juramentis

JURAMENTORUM SOLENNIBUS.

9

tis variæ solennitatem adhibitæ fuerint, cum & hæc communiter species religionis a Dd. vocari soleant.

§. VI. Ipsa autem juramentorum solennia quod attinet, videntur ea haud incommode in duas classes dispesci posse. Alia scilicet *in ipsa jurandi formula deprehenduntur & in verbis consistunt*: alia autem extrinsecus *in gestibus eorum, qui jusjurandum præstant, nec non in loco, ubi jurant, observantur*. De singulis seorsim. Vocamus autem solennia verborum, quando non solum ipsa Numinis Divini invocatio adest, sed præter eam aliae adhuc formulæ atque expressiones à jurante superadduntur ad fidem eo citius sibi verbisque suis conciliandam. Unde si illa invocatio plane abest, utpote quando Gentiles interdum per terram, per amnes, per fontes, per undas fluentes fidem præstissime leguntur, de quibus moribus consulens Alexander ab Alexandro *genial. dier. lib. 5. cap. 10.* tunc plane nullum juramentum adesse intelligitur, nedum ut solenne vel minus solenne vocari queat, nisi forsitan cœca quorundam ratio has & similes creaturas pro Diis coluerit, prout Cappadociæ monti cuidam, Ægyptios autem allio, porro & cepis naturam divinam tribuisse & per hæc omnia jurasse tradunt Scriptores, v. Maximus Tyrius *sermone 38.* Alex. ab Alexandr. *loc. prox. cit.*

§. VII. Ad solennia verborum in juramentis itaque referimus primo *execrationes*, quæ quandoque præter invocationem Dei in formulis juramentorum adduntur, eo ut plurimum fine, ut jurantis conscientia eo arctius constringatur ad nudam veritatem sine omni simulationis vitio ingenuæ profitendam. Apud Romanos præceteris ex omni memoria sanctissimum jusjurandum vi sum esse refert idem Alexander ab Alexandro, *ut jurans terram tenens cœlum Deosque contestans conceptis verbis se & caput*

B

caput suum ac stirpem & familiam, bona, & fortunas quibusdam additis prectionibus devoveret. Addit Nicolaus Mercerus add. Alex. loc. jurantes solitos fuisse in pœnam violati sacramenti sibi grande aliquod malum precari, si scientes fallerent, in quem finem ex Ammiani lib. 20. adducit formulam, gladiis cervicibus suis admotis sub execrationibus diris verbis eos jurasse conceptis, omnes pro eo casus, quoad vitam profudissent, sicut necessitas exigeret, perlatus. Pertinet huc juramentum à Duce Arschottano, Philippo de Croy, præstitum, cum Castello Antwerpensi tuendo proficeretur. Secretarius enim Hispanicus de Escovedo subjungebat hanc execrationem: *So ihr das thut, so wolle euch Gott helffen, wo aber nicht, so hohle euch der Teuffel mit Leib und Seel,* darauf sagte ein jeder *AMEN*, prout ex Meter. de bello Belgic. lib. 6. refert Philipp. Reinhard. Vitriarius Instit. Jur. publ. lib. 2. Tit. i. §. 20. in f.

§. IIX. Interdum præter invocationem Numinis divini contestationes quoque adduntur, quæ alias juramentis sunt affines, quando scilicet quis comparatione rei gratissimæ asseverat, non minus sibi cordi esse veritatem in illa re, ac sibi cordi est illa res nominata, Excell. Dn. Thomasius *Jurisprud. divin.* l. 2. c. 9. n. 66. Accedunt haud raro etiam invocations Angelorum, item Sanctorum, eorumque vel verorum, vel falorum, prout scilicet juxta persuationem jurantis veram vel erroneam fieri assolet, v. Henr. Uffelmann *de jure, quo homo homini in sermone obligatur c. 8. §. 18.* Et hoc referimus primò singularem juramenti formulam Solymanni, Turcarum Imperatoris, inito Anno 1530. scedere cum Johanne, Rege Hungariae, quæ sequentibus formalibus concepta reperitur: *Ego præfatus Sultanus Solymannus Schyack, Imperator Turcarum invul-*
etisse

JURAMENTORUM SOLENNIBUS.

II

Altissimus, juro ad omnipotentiam Dei altissimi omnipotentis, sanctitatem, splendorem & bonitatem divinitatis suæ, ad firmamentum cœli, Solem, Lunam, Stellas, terram & superficiem terre, ac ad Regnum & sanctissimum Mahumetem, Proavum, Avum, Patrem, Matrem & lac maternum, ac panem meum, gladium, animam & vitam meam, ac omnium Bebermanorum circumcisorum solitem, quod Te fratrem, &c. v. Speidelius in Speculo voc. Gundniß & ex eo Pfeffinger Vitr. illustr. lib. tit. 8. §. 2. lit. m. Pertinet huc illud Virgilii lib. 4. Aeneid.

Tesbor cara Deos & teque tuunque

Dulce Caput.

Simile quid apud Ovidium deprehenditur:

Perque suos illam quondam jurasse recorder

Perque meos oculos, & doluere mei,
vid. Jerem. Serlerus de jurament. lib. 1. cap. 15. num. 4.

§. IX. Interdum, ut dixi, invocationi divinae Angeli et iam & Sancti adjunguntur. Solenne exemplum hic nobis suppeditat Justinianus, dum *in fin. Nov. II. iis.* qui administrationes suscipiunt, sequentem jurandi formulam praescribit: *Juro ego per Deum omnipotentem & filium ejus unigenitum, Dominum nostrum Jesum Christum, & Spiritum Sanctum, (haec tenus bene, sed mox addit) & per sanctam gloriosam Dei genitricem & semper virginem Mariam, & per quatuor Evangelia, que in manibus meis teneo, & per sanctos Archangelos Michaelem & Gabrielem, puram conscientiam germanumque servitium me servaturum, sacratissimis nostris Dominis Justiniiano & Theodore Conjugi, (quæ imperii particeps erat.) Adduntur præterea in fine hujus juramenti, quod satis longum est, sequentes execrationes: Si vero non haec omnia ita servaveros recipiam hic & in futuro seculo in terribili judicio magni Domini Dei & Salvatoris nostri IESU Christi, & habeam partem cum Iuda, & lepro*

B 2

Giezi,

Giez, & tremore Cain: insuper & paenit, que lege eorum (Justiniani scilicet ac Theodoræ) Pietatis continentur, ero subiectus. Juramentum hocce horrendissimum vocat & merito inter errores Justiniani primo loco collocat Erasm. *Ungepar in pecul. Diff. de Error. Justin. Pos. 1.* Eadem ratione alibi se deprecantem exorare dicit Imperator *sæcæ & gloriose semper Virginis & Dei genitricis Marie precibus*, ut quicquid minus est Reip. per ipsum, tanquam ultimum servum, restituat in suo nomine Deus & dignum eum faciat, servitium Dei adimplere, *i.e. pr. C. de offic. Praef. Praet. Af.*

S. X. Ad eum modum adhuc hodie in juramentis Religioni Catholicæ additorum invocatio divina cum invocatione Sanctorum conjungi consuevit. Imperator noster ante coronationem & unctionem a Consecratore rogarci solet: An fidem Catholicam operibus justis servare, Ecclesiarum tutor & defensor existere, Regnum efficaciter secundum iustitiam defendere velit? Item: An iura Regni dispersa congregare, viduarum miserabilitumque personarum Judex & defensor esse, Romanoque Pontifici debitam subjectionem exhibere velit? Ad quas rogationes electus Imperator respondet: *sic volo, & in quantum divino fultus fuero adjutorio, precibusque fidelium Christianorum adjutus valuero, omnia promissa fideliter adimplebo.* Sic me Deus adjuvet & Sancti ejus, Votriar. *Inst. jur. publ. l.i. tit. 8. §. 2. Dn. Beccan. Notit. dignit. ill. hult. Diff. s. Cap. 1. §. 2.* Post Coronationem peractam Imperator sacramentum ita formaliter praestare solet: Profiteor & promitto coram Deo & Angelis ejus Leges servare, Iustitiam facere, iura regni conservare, &c. Beccmann. *loc. alleg.* quamvis hoc notabile sit, quod Rex Romanorum modernus, Josephus, non per Sanctos, sed ita jura verit:

verit: sic me Deus adjuvet & sancta Dei Evangelia, prout videre est ex descriptione Coron. Josephi. quæ adjuncta fuit novæ Editioni der Grundveste des H. Römischen Reichs p. m. 99. de quo jurandi ritu mox pluribus dicetur. Alias vero per Sanctos simul juratum fuisse à Catholicis plurima exempla testantur. Archi Dux Leopoldus in dem Revers gegen dem Gottes-Hauß und des Heil Reichs Stadt Münster in St. Gregorien Thal de Anno 1620. ita posuit: *Das wir demnach einen gestäbten Eyd mit auff gehabner Hand leiblich zu Gott und den Heiligen geschworen haben.* Armandus Carolus, Dux Lotharingiae, Alsatiae Praefectus, ita juravit: *Nous jurons au nom du Roy de France & de Navarre & pour Nous en particulier, comme Grand Baillif, d' observer fermement toutes, que nos lettres reversailles contiennent, que nous avons bien entendu comme d'ancienneté, ainsi Dieu nous aide & tous les Saints. Huc referenda etiam formula jurisjurandi ab Episcopo Uratislavensi Regi Bohemiae fidelitatis nomine praestare soliti: Sic illum Deus adjuvet, Beataissima virgo Maria & omnes Sancti.* Pfeffinger. ad Vitriar. loc. prox. c. l.m. Integrū hoc juramentum refert Illustr. Dr. Stryck. in append. exam. jur. feud.

§. XI. Frequentius adhuc accidit, ut per Deum & sancta ejus Evangelia juretur, quamvis & hic formulas juramentorum variare deprehendas. Plurima exempla habentur in Ordin. Camer. P. i. tit. 58. usque ad tit. 85. inclus. de Personis ad Cancellarium Imperialem pertinentibus, ubi in specie d. tit. 58. dicitur: *Der Verwalter soll der Käyserl. Majest. oder andero statt dem Käyserl. Cammer-Gericht geloben und zu Gott und auf das Heil. Evangelium schwören, & ita in reliquis. Olim similiter hic quoque jurabant zu Gott und den Heiligen; verum in Recess. Imp. August. de A. 1555. §. Und dann 106. ita conveniebatur: Und dann, dieweil bey verschieden Religions-Verwandte an dem Käyserl. Cammer-Gericht*

Gericht anzunehmen, aber sich der eine Theil den gewöhnlichen Eyd in der Form zu GOT und den Heiligen zu schweren, beschweret, derowegen im Passeusischen Vertrag die Form der Beyscher und anderer Personen Eyd, zu GOT und den Heiligen, oder zu Gott und auf das H. Evangelium zu schweren, denen so schweren sollen freygestellt, daß die Form des Eyd oder Juraments allerhand ungeräumts, so aus diesen zweyspaltigen Formen am Käyserl. Cammer-Gericht künftiglich erfolgen möcht, zu vermeiden) auf eine gewisse Maß als nemlich auf Gott und das Heil. Evangelium zu stellen. Ita quoque, licet Carolus IV. in Aur. Bull. c. 2. §. 3. constituerit, ut Electores hanc formulam adhibeant: *Ita me Deus adjurvet & omnes sancti; Protestantes tamen Electores sub hac formula jurare noluerunt, cum Francofurti convenerant, electuri Regem Romanum A. 1562. sed hoc modo: Ita me Deus adjurvet & sanctum ejus Evangelium, v. quos citat Illustr. Dn. Stryk. de jur. sens. Diff. 7. c. 1. n. 37.* Imo hodie in negotiis ad Imperium spectantibus generaliter in vocationem sanctorum omitti testatur & exemplo Electoris Moguntini An. 1613. investiti probat Multz in *Repræsens. Majest. Imper. P. 3. c. 8. i. 61.* §. XII. Atque adeo haec formula hodie promiscue a Pontificiis & Evangelicis adhibetur. Varia exempla huc pertinentia reperiuntur apud Illustr. Dn. Stryk. in d. ap. pend. exam. jur. feud. Ita in juramento fidelitatis, quod Electores Ecclesiastici Imperatori præstant habetur: *Als Ihrer Chur Fürstl. Durchl. Gott helfe und das Heil. Evangelium.* Idem videre est ex formula juramenti fidelitatis Electorum Secularium, Principum Imperii, Ducum & Nobilium Silesiae Imperatori tanquam Regi Bohemiæ jurantium apud Lund. loc. prox. eit. ubi eadem verba semper repetuntur. Singulare tamen est, quod cum Ca-

rolus V. Imperator Argentoratenses (qui alias sese ad homagii præstationem non obstrictos esse prætendebant) per Christophorum de Schaumberg. d. 36. Mart Anno 1547. ad homagium induceret, non *Evangelii* in singulari, sed *Evangeliorum* in plurali mentio facta fuerit. Ita enim concepta erant jurisjurandi verba: *Wir Bürgermeister und Rath dieser freyen Reichs-Stadt Straßburg geloben und schwören* - - - *als uns helfe Gott und die heiligen Evangelien*, vid. integrum juramentum cum aliis documentis ad controversiam de Homagio Argentoratensium pertinentibus apud Ahasv. Fritsch. *in addit. ad Linn. Jus publ. lib. 7. cap. 3.*

§. XIII. Interdum præter generalem nominis divini invocationem in specie etiam meriti Christi mentio injicitur. Ita jurant nobiles Marchiæ, *so wahr mir Gott helfe um Christi willen*, nec non Vasalli in Pomerania, *als mir Gott helfe durch Jesum Christum*: in Electoratu Saxonie verba sequentem in modum concipiuntur: *Als mir Gott helfe durch Jesum Christum seinen Sohn unsern Herrn*, quod eodem modo & in juramento fidelitatis & in homagio sese habet. Alibi, ut in Ducatu Brunsvicensi & Luneburgensi, ad Deum verbumque divinum provocatur, *so wahr mir Gott helfe und sein heiliges Wort*, illustr. Dr. Stryk. *d. append. ad exam. jur. feud.* Pertinet huc juramentum, quo Georgius Smielniecius, Cosacorum Dux, A. 1660. pacem cum Polonis firmavit, inquiens: *So wahr helfe mir Gott und das bittere Leiden des Herrn Christi*, als ich dieses aufrichtig und wahrhaftig beschwere, *Theatr. Europ. Tom. IX. p. 60.* Pfessinger Vitriar. illustr. lib. I. tit. 8. §. 2. lit. m.

§. XIV. Sufficiant haec quoad membrum I. in §. VI. supra indigitarum. Videndum nunc porro quoque erit

rit juxta eund. §. de solennibus, quæ juramentis extrinsecus accedunt. Apud Græcos, qui sanctam & inviolabilem præstabant fidem, in Thesmophoræ, hoc est legiferæ Cereris templum descendebant & quibusdam exhibitis sacris Deæ purpuram in duebant, incensisque fascibus, velut præsentibus Numinibus, per quicquid est Deorum dejerare solebant: aut per Regium sceptrum, in quo jura dabant, teste Homero, qui lib. i. *Iliados* ita Achillem jurasse scribit:

*Sed tibi edico & super magnum jusjurandum juro.
Certe per hoc sceptrum.*

Et paulo post addit:

--- Nunc iterum ipsi filii Achivorum.

In manibus portant judices, quique Leges

A Jove hauserunt. Hoc autem tibi erit

magnum juramentum.

Nonnunquam verre apprehenso & stricto in jugulum gladio cœlum, terras, solem & ultrices furias advocare & testes facere, mox verre immolato & in mare dejecto jusjurandum præbere consueverant: quo præstito nihil præterea quærendum erat homini. Tale fuit Agamemnonis juramentum, affirmantis Briseidem a se incorruptam reddi, de quo idem Homerus. l. 15. *Iliad.*

Dixit & jugulum apri abscondit sævo ferro:

Hunc equidem Talithybius spumantis maris magnum flum

Jecit advolvens escam piscibus.

Romanis vetus inolevit mos, ut juraturi per Jovem, modo ad Deorum aras sacrificio perfecto ignem, aram atque exta tangerent: modo super cæsis hostiis jurarent: nonnunquam lapidem silicem tenentes hæc ad verbum proferrent: si sciens fallo me Jupiter, salva urbe arceque, bonis ejiciat, uti ego lapidem hunc ejicio.

Qui-

Quibus enunciatis, lapidem manu emittebat jurans ideo per Jovem lapidem solemnissimum sanctissimumque jusjurandum veteribus fuisse proditum est, illudque intentiori cura servari oportebat. Quod quidem in fœderibus publicis solemnius præstabatur, ut facialis, sumto manibus lapide, pæcis conventis stare promitteret in hæc verba: si recte & sine dolo malo hoc fœdus atque hocjusjurandum facio, Dii mihi cuncta felicia præstent: si in aliter aut facio, aut cogito, cerris omnibus salvis ego solus peream, ut lapis hic ē manibus meis decidet. Post quam precationem manu lapidem ejiciebat, cui juramento nullis opibus nulloque negotio contrairefas erat. Refert hæc & plura alia Alex. ab Alexandro genial. dier. lib. 5. cap. 10. qui videri potest.

§. XV. In exemplis eorum, qui in sacra scriptura juramenta præstitisse leguntur, diversa etiam solennia occurunt. De Servo Abrahami, cum ad uxorem Isaaco descendam à Domino ablegaretur, ita exstat Gen. 24. v. 2. & 3. Abraham sprach zu seinem ältesten Knecht seines Hauses, der allen seinen Gütern vor stand: Lege deine Hand unter meine Hüste, und schwere mir bei dem Herrn, dem Gott des Himmels und der Erden, daß du meinem Sohn kein Weib nimmest von den Töchtern der Cananiter, unter welchen ich wohne, & v. 9. Da leget der Knecht seine Hand unter die Hüste Abrahams seines Herrn, und schwur ihm solches. Paria habentur de Josepho Gen. 47. v. 29. Da nun die Zeit herbeig kam, daß Israel sterben sollte, rieß er seinem Sohn Joseph, und sprach zu ihm: Hab ich Gnade für dir funden, so lege deine Hand unter meine Hüsten, daß du die Liebe und Treue an mir thust, und begrabest mich nicht in Egypten, & v. 31. Er sprach: so schwere mir. Und er schwur. Abraham Gen. 14, 22. elevata manu fidem juratam interponebat: Ich hebe meine Hände auf zu dem Herrn dem

C

hōhe-

höhesten Gott, der Himmel und Erden besitzt. Eodem pertinet locus *Dan.* 12. v. 7. Und ich höret zu dem in Leinen Kleidern, der oben am Wasser stand, und er hub seine rechte und linke Hand auf gen Himmel, und schwur bey dem, der ewiglich lebt, nec non in Apocalypsi Johannis c. 10. v. 5. 6. und der Engel, den ich sahe stehen auf dem Meer und auf der Erden hub seine Hand auf gen Himmel, und schwur bey dem Lebendigen von Ewigkeit zu Ewigkeit, der den Himmel geschaffen hat, und was darinnen ist, und die Erde, und was darinnen ist, und das Meer, und was darinnen ist. Posset hoc etiam referre, quod ad confirmandum eo magis jus jurandum sacrificium immolareverint aliquando Patriarchæ, prout de Jacobo legitur fædus cum Labano pangente *Gen.* 31, 54. Und Jacob schwur ihm bey der Ruricht seines Vaters Isaac. Und Jacob opfert auf dem Berge, und lud seine Brüder zum essen, ubi etiam ex v. 45. seqq. notabile, quod Laban & Jacob acervum lapidum tanquam testem initi foederis constituerint. Jacob sprach zu seinen Brüdern: Lescet Steine auf. Und sie nahmen Steine, und machten einen Haussen, und assent auf demselben Haussen, -- Da sprach Laban: Der Hausse sey heute Zeuge zwischen mir und dir, daher heißt man ihn Gilead.

§. XVI. De significatu horum rituum sequentia adducit Dn. Beyer in *Volckmanno emendato P. I. cap. 79.* quæ in mera tamen probabilitate saltem consistunt. Dass Abraham, inquit, und andere im Alten Testamente die Hände auf ihre Hüfste haben legen lassen, damit haben sie theils sehen wollen, auf das Obrigkeitliche Gebiet, wie dann durch die Hüfste und Lende die Schrift Macht und Gewalt pfleget zu bedeuten. Theils aber haben sie gesehen auf den Mezian und Heyland der Welt, der aus Abrahams Lenden hat kommen sollen, wie dann durch die Lenden die Geburten

ten

ten werde angedeutet. Und in dem Verstande sagt GOTT zu Jacob Gen. 35. v. u. Könige sollen aus deinen Lenden kommen. Haben also die Juden im Alten Testamente geschworen, wann sie unrecht reden, solte Gott von ihnen das Regiment nehmen, und sie des Heylandes der Welt in Ewigkeit nicht geniessen lassen. Bey Aufhebung der Hand wird Gott zum Zeugen angerufen und gebeten, er wolle die Wahrheit mit seiner allmächtigen Hand schützen, Ps. 80, 18. und des rechtschwerenden Atem durch seine allmächtige Hand stärken und erhalten, Ps. 89, 22. da sie aber falsch schweren, bitten sie damit, Gott wolle ihnen geben nach ihrer That, und nach ihrem bösen Wesen, er wolle ihnen geben nach den Werken ihrer Hände, und vergelten, wie sie verdienet, Ps. 28, 4. Er wolle sie verderben mit seiner mächtigen Hand, wie er in Egypten gethan, Exod. 15, 9. es wolle sie die Hand Gottes rühren, Job. 19, 21. in dessen Hände zu fallen es erschrecklich ist, Ebr. 10, 31. & quæ ejusmodi alia plura facile ex S. Scriptura colligi possent.

§. XVII. Præter has plurimæ aliæ ceremoniæ introductæ fuerunt. Refert Joh. Sebast. Müller in Annalibus des Chur- und Fürstl. Hauses Sachsen Ernestin und Albertinischer Linien ad A. 1729. sequentia : Es seye vor der Zeit im Pabstthum der Gebrauch gewesen, wann jemand in dem Amte Burgau bey Jena einen Eyd hat ablegen sollen, hat selbige Person auf gnugsame Caution etliche Körper der Heiligen zu Briefnitz auf seine Kosten gen Burgau, allwo zur selbigen Zeit gemeinlich das Land - Gericht gehalten worden, verschaffen, sich so dann vor Gerichte Barfuß ausziehen, und also Barfuß die Heiligen auf den Schind-Anger tragen, selbige auf ein seiden Tuch legen, und bey einem brennenden Wachslichte kniende den Eyd ablegen müssen. Daher das Sprichwort, womit man einem ungläubigen Thomisten begegnet, entstanden : Ich werde

dir nicht alle Heiligen hertragen, ich will dir bey allen Heiligen schweren, vid. Mens. Junius A. MDCC. des monathlichen Auszugs p. 287. Pertinet huc formula jurandi Oronis in c. tibi 33. dicit, 63. ubi ita habetur: *Zibi Domino Johanni, Papæ, ego Rex Otto promittere & jurare facio per Patrem & Filium & Spiritum S. & per signum hoc crucifixæ crucis & per has reliquias Sanctorum &c.*

§. XIX. Maxime frequens solennitas in juramento-
rum præstatione deprehenditur, quæ sit tacitæ *sacrosanctis Evangelii*. In eum modum jam olim Pelagius Pa-
pa Decorato Patricio rescripsit in can. *Hortamur 20. canf.*
3. quest. 9. *Hortamur, ut sub timore Domini consuetam con-
scientie vestre sinceritatem in hoc quoque negotio conservan-
tes, omnem personis, quæ veritatem cause istius scire possunt,
faciatis anputari formidinem & terribus præsentari conspecti-
bus, tacitæ *sacrosanctis Evangelii*, prædicto etiam legaliter sa-
cramento, quæ in veritate rerum noverunt, professione sua
testificationis operiant. Justinianus in l. 14. §. 1. C. de judic. san-
cavit, ut Patroni causarum similiter jusjurandum calum-
niæ prætent *sacrosanctis Evangelii* tacitæ, in quem finem
paulo ante *in fin. pr. d. l.* constituerat, ut ante sedem judicia-
lem *sacrosanctæ* deponantur scripturæ, & ut haꝝ perma-
neant non solum in principio litis, sed etiam in omnibus
cognitionibus usque ad ipsum terminum & definitivæ
sententiæ recitationem. Sic etenim, pergit, attendentes
ad *sacrosanctas* scripturas & Dei præsentia consecrati, ex
majori præsidio (Judices quoque) lites diriment, scituri,
quod non magis alios judicant, quam ipsi judicantur: cum
etiam ipsis magis, quam partibus terrible judicium est, &c.
Addit. l. 2. *inf. pr. C. de jure jur. prop. cal. dand.* ibi: *Sacrosan-
ctis videlicet Evangelii ante Judicem positis. l. 7. §. 7. C. de Cur-
furijs, ubi adhuc additur, quod etiam vir religiosissimus lo-*
corrum*

corum antistites præsens esse debeat, Nov. 74. c. 5. princ. Nov. 123. c. 7. & passim.

§. XIX. Ita quoque inter Eduardum Angliae & Ludovicum Galliae Reges ex Comineo lib. 6. Comment. observatum esse refert Illustr. Dn. Stryk. *de jur. sens. Diff. 7. c. 1. n. 9.* cum inducias sibi & mutuam fidem jurarent. Verba Cominei haec sunt: *Quum assensisset ille, ponitur in medium liber sacratus & alia quædam religiosa, iis ambo super imponerant manus & sanctissimo jure jurando pollicentur, omnia se bona fide esse servaturos.* De Wilhelmo, Rege Angliae, Magno illo Heroe, cuius beatum in quidem, sed præmaturum obitum adhuc dolent omnes boni, cum corona Anglicana ipsi imponeretur, refert David Funcke in dem Gross-Britannischen Kron- und Thron p. 281. Als man in die Abtey zu Westmünster angelanget, wurden die bey denen Eröffnungen sonst gewöhnliche Ceremonien fürgenommen, und nach gehaltenner Predigt der König von dem Erz-Bischoff zu Cantelberg gefragt; Ob er auch den Eyd gleich seinen Vorfahren abzulegen gewilligt? welches der König bejahet, aus seinem Stuel aufgestanden, niedergekniet und im Angesicht des Volks seine Hand auf das Heil. Evangelium gelegt, und den Eyd zu Bestärnung der Englischen Kirche und Rechte abgestattet. Et de Duce Andegavieni. Philippo, Hispanorum Rege, nuper Novellæ referebant Barcellona d. 15. Jan. 1702. Leurs Majestés s'tant assises sur un grand Dais, qu'on nomme Le Soglio, le Roy mit la main droite sur la Croix, & la gauche sur l'Evangile & fit serment de garder ses nouvelles Constitutions, & les Privileges, qu'il a accordé a cette Principauté.

§. XX. Plurima alia in hanc rem prostant exempla. Sic in in Aurea Bulla cap. 2 §. 2. Carolus IV. in juramentis Eleitorum, quando ad Electionem novi Imperatoris accedunt, sequentia requirit solennia: Und wenn die Mef-

se, inquit, vollbracht ist, so sollen die Chur-Kürsten oder
Botenschaffter zu dem Altar gehen; darauf die Messe gehalten,
da denn die geistl. Chur-Kürsten vor dem Evangelio
St. Johannis: IN PRINCIPIO ERAT VERBUM, so
man ihnen fürlegen soll, ihre Hände mit Ehrbarkeit auf
ihre Brust legen, aber die weltlichen Chur-Kürsten dasselbe
Evangelium leiblich mit ihren Händen berühren sollen. Ex
quo observat Illustr. Dn. Stryk d. l. n. 20. sqq. differentiam
inter ecclesiasticas & seculares personas, quibus prioribus
id privilegii specialis loco concessum, ut non tactis Evan-
geliis, sed in conspectu tantummodo Evangeliorum jurare
possint, quod ex diversis juris Canonici & civilis textibus
comprobatur, conf. Limnaeus de jur. publ. lib. 2. c. 3. n. 40. 41. qui
hoc reverentiæ causa introduxit putat, (quod tamen
nos non comprehendimus,) ceterum autem & apud Ge-
nuenses observari tradit, ut electores Magistratum ad
santa Evangelia manibus corporaliter tactis scripturis & in
animam suam jurent, se in electione remoturum ab animo
suo iram, amicitiam, amorem, odium, proficuum affec-
tum, ac quemcunque calorem & affectionem --- ad-
dita clausula: *Ita me Deus adjuvet & haec sancta Dei Evange-
lia.* Est haec tactio loco symboli, ut in testamento æs &
libra, quo jurantes monentur, se non tam judicii, quam
Deo juramentum præstare, nec tam in humano, quam
cœlesti judicio versari, sunt verba Obrechtii de juram. ca-
lumn. c. 10. n. 13. v. Limnaeus loc. prox. cit. num. 42.

§. X XI. Observatur haec Evangeliorum tactio ma-
xime in feudalibus investituris in Aula Gæsarea. Vasalli
enim præstant juramentum fidelitatis humillima reve-
rentia, provolutione in genua & osculatione pomi in-
gladio, quem Imperator dextra sua tenet, tactis S. Evan-
geliis, quæ in sinu Imperatoris à duobus in genua pro voluntate te-
nentur

nentur, Multz. in Repræsent. Majest. Imper. P. II cap. 14. n. 34. seqq. conf. Limnæus in addit. ad tom. I. jur. publ. l. 4. c. 7. n. 23. Ita in specie de actu Investituræ Sereniss. Electoris & Ducum Saxoniz d. A. 1660. refert Illustr. Dn. Stryk. in append. Exam. jur. feud. sequentia: Hierauf standen die sämtlichen Herren Abgesandten auf, und knieten nach gethanen Reverens vor J. K. M. nieder, allwo sie ihre juramenta, welche ihnen der Reichs-Vice-Canzler vorlæse, ablegeten, ihre Finger mussten sie jedesmahl auf das Evangelium-Buch, so J. K. M. im Schooß liegen hatten, legen, und also schweren, es hielten solches auf der rechten Seiten der Ober-Hoff-Meister, der Graff von Porzia, item auf der linken Herr Graff von Lamberg. J. K. M. aber fassten, bis die juramenta sämtlich abgeleget waren mit entblößtem Haupte, und hielten indessen dero selben Hut der Herr Graff von Herberstein. Item observatum in Investitura Brandenburgica, die Chur-Fürstlichen Gesandten legeten jeder zwey Finger in das aufgethane in J. K. M. Schooß gelegete Evangelien-Buch, sprachen den Lehn-Eyd nach &c. Pariter in juramentis ab Equitibus Ordinis D. Johannis Sonneburgi præstari solitis observari testatur. Idem cit. tr. de jur. Senf. Diss. 7. cap. 1. num. 29. Postquam enim novus Eques Magistrum Ordinis, ut recipetur, rogavit, id ipsi à Magistro sub conditione promittitur, si Statutis Ordinis statuentisque se subjecerit. Hoc ubi promisit eques, Evangelium Johannis ipsi porrigit Magister, quod ille *digitis dextræ prioribus tangere ac ita juramentum Equitum à Cancellario sibi prælectum præstare tenetur.*

§. XXII. Ex hac tenus addictis apparet, (1) quod Evangelia communiter duobus saltæ digitis (ut credimus semper dextræ prioribus) tangi & (2) Evangelium Joha-

Johannis ejusque principium: IN PRINCIPIO ERAT VERBUM, evolvi soleat. Sed tamen & hac parte alibi variatum esse deprehendimus. In Anglia enim alicubi, v. g. in creatione Doctorum & Magistrorum & in juramentis Studiosorum, Evangelium Johannis apertum jurantibus tangendum præbetur ac *oscalandum*, illustr. Dn. Stryk. cit. *Diss. 7. cap. 1. num. 28.* Ex in append. exam. jur. feud. Bey der Belehnung des Hauses Sachsen über die vom Königreich Böhmen habende Lehne, notat, es seyen die andern Ceremonien bei Ablegung der Böhmisichen Lehnspflichten mit denen, so bey der Reichs-Lehn vorgehen, gleich, ohne daß die investiendi bey der Böhmisichen Lehn jedes mahl die ganze Hand auf das Evangelium-Buch legen müssen, es soll aber dasselbe bey jekigen actibus in Lateinischer Sprache und darinnen das Evangelium von der Geburt Christi aufgeschlagen gewesen seyn. De significatu tactus Evangeliorum ita in volckmenend. d. P. 1. c. 79. Die ihre Hand auf ein Evangelium-Buch legen, trösten sich bey der Warheit der gnädigen Verheißungen, die im Evangelium-Buch vom Verdienst Christi aufgeschrieben sind; Die aber fälschlich in ihrem Ende handeln, ziehen diese Straffen über sich, daß sie aus dem Buche der Lebendigen sollen vertilget und nimmermehr mit den Ge-rechten eingeschrieben werden, *Psalm. 69. v. 30.*

§. XXXII. Exempla modo recensita simul docent, crucem adhiberi in juramentis, v. §. XIX. de Duce Andegaviensi, quod Catholicis admodum frequens est: item, juramenta præstari in templis, e.g. in Coronationibus Imperatoris Romani & aliorum Regum, nec non in specie coram Altari, quia his in locis Deum magis præsentem esse, quam quidem in aliis, persuasum est hominibus. Imo & manus altari imponit Imperator post coronationem ju-rans,

rans, Goldast. Politisch Reichs-Händeln Part. I. p. 22. Illustr. Dr. de Jena de Elect. Imper. Disp. 5. th. 9. quod & colim quos-dam observaste ex Gregorio Thuronense refertur in Volkmanno emendato loc. cit. ubi similiter significatio talium rituum subneatur his verbis: Wo man die Hände auf den Altar gelegt, hat man zu verstehen gegeben, daß man reines Herzens sey, denn kein unreines Thier von schmeichlerischen Füchsen und wäschhaftigen Elstern durfste auf dem Altar geopfert werden. Ja, wie der ihm selber das Gericht und ewige Verdammnisisset und trinket, der unwürdig vom Leib und Blut Christiisset und trinket: also der unwürdig die Hände mit fälschem Schweren auf den Altar leget, der machet sich des Gerichts und der ewigen Verdammnis schuldig. Bei dem Crucifix bedenket der Schwererer die grosse Marter und Pein, und bittern schmählichen Tod Jesu Christi, welcher er sich durch betrüglichen Eyd ganz verlustig macht, und mit dem betrüglichen Schächer zur linken Seiten Christi sich ewiger Verdammnis unterwirfft. Tandem & hoc notandum, interdum juramenta pro evolutione in genio praestita fuisse, v. in §. XIX. exemplum Regis Angliae, Wilhelmi gloriofissimæ memoriae, quo ipso reverentia erga sumnum Numen, quod invocant jurantes, indigitatur.

§. XXIV. Progredimur ad ritus in judiciis nostris admodum frequentatos, ubi tamen insignis differentia inter masculos & foeminas deprehenditur. Illi jurant dextra manus digitos, indicem & medium, reliquis contractis porrigendo & cælum versus elevando, (unde formula Germanica: Zwei aus fünffen ziehen, ortum habet) quanquam in aliis locis, prout de Consistoriis Saxoniciis testatur Illustr. Dr. Stryk. de jur. sens. d. l. num. 30. duobus hisce digitis pollex jungi soleat. Haec autem manum non levant, sed juraturæ digitos eosdem priores pectori sinistro, re-

D

cta

& co communiter, in Austria autem nudato (v. Uffelmann. *de jure, quo homo homini in serm. obl. c. 8. §. 14.*) caper-
tis adstantium capitis applicant, & haec juramenta fieri-
che und gelehrt. Ei de appellari consueverunt. Hosce ri-
tus communiter ita explicant: *Indicem* elevari vel sacris
imponi, ut jurans monstraret, quem sermonis sui testem
volet, eundem vindicem velit, si fallat; *Medium*, ut men-
tis atque affectuum ostendatur integritas, quod media
incedens via verum afferat jungi vero utrumque, ut
significetur copulatio jurantis & consensus cum eo, per
quem jurat; *Jac. Ebert. tract. Ethic. de juram. p. 84.* *Seser*
de juram. lib. 1. cap. 15. n. 16. seqq. *Limnaeus de jur. publ. l. 2.c.*
3. n. 43. quamvis nos nonnulla hic nimis longe petita esse
existimemus. Porro, quando duobus illis digitis pollex
jungitur, eo ipso SS. Trinitatem designari dicunt, reli-
quis duobus vero compressit corpus & animam homi-
nis, quasi pejerans dicere videatur: si sciens fallo, SS.
Trias à communione omnium Sanctorum me excludat
corpo & anima, add. *Frid. Balduinus in cos. conscient. l.*
2. c. 9. infin. quæ explicatio tamen recte displicet *Eberto*
loc. alleg. quia scilicet ritus hujus autores SS. Trinitatem
non agnoverunt, sed Gentiles fuerunt, unde ipse arbitra-
tur, alteram significationem, quam nos priori loco addu-
ximus, magis esse probabilem. Incerta nobis omnia esse
videntur, & si quis has probabilitates pro certa veritate
& demonstrationibus venditare velit, eandem saepe ad-
verti mentis imbecillitatem, quam passus est Autor glos-
sæ ad l. 2. §. 4. ff. de O. I. lit. R. disputationem sapientis Græci
& morionis Romani, tempore quo petebant Leges à Græ-
cis Romani habitam, explicans quod de Unitate & trini-
tate essentiae divinae inter se disceptaverint. Tandem
quoad ritum jurandi in foeminiis usitatum rationem ex-
inde

inde deponunt, ut foeminæ hoc modo subjectionem indigitarent, qua ipsæ maritis sunt obstrictæ, Jerem. Setser. cit. c. i. n. 20. vel, quod hac ipsa pectoris tactura mulieres in testem vocent propriam conscientiam, ac significant, se ita veritatem dicturas, sicut illud cor, quod in sinistra parte creditur collocatum, desiderat; seque, si pejeratraræ, animam, quæ in corde potissimum habet sedem, perdituras, Illustr. Dn. Stryk, loc. alleg. num. 41. Volck. emend. loc. prox. cit.

§. XXV. Ob connexitatem materiæ, dum de solennibus foeminarum juramentis nobis sermo est, inserere lubet solennem formulam, mit Hand und Mund, mit Zopf und Brust, qua foeminæ utuntur in Dicasterio Rotwilensi Cæsareo, si bonis suis renunciare, eave vendere aut in aliud transferre volunt, vel maritum, vel extraneum, quam adduxit Id. Illustr. Dn. Stryk. d. loc. num. 42. Tunc enim examinantur per Procuratorem & Judicem, an sua sponte & libera voluntate velint hanc alienationem? Quo religiose affirmato moris est, daß die Frau solch verschaffen, ver machen, oder verzeichnen, oder was sie denn thun will, das ihre Morgengab herübret, thue mit Hand und mit Mund, mit Zopf und mit Brust, und ihres Curators oder Voigs Hand gegen dem, das sie thun will. Und wenn darauf der Hoff Richter den Stab darbeut, so soll er der Frauen an der linken Brust vorne sezen, und soll die Frau mit ihrer linken Hand greissen zu ihrem Haarlock oder Zopf des Hauptes an der rechten Seiten und den Zopf oder das Haar ein wenig hervor ziehen, und mit der rechten Hand den Stab und die lincke Brust vorne begreissen; Ordin. Rotwilens. Part. ii. iii. 10. Paul. Matth. Wehner, obs. pract. verb. mit Mund und Hand.

§. XXVI.

§. XXVI. Interdum adhuc, ut ad priora revertamur,
candela accendi & caput defuncti alicujus in jurantis con-
spectu ponit solet. De quibus ritibus ita in *Volckmanno* emen-
dat, loc. cit. Bey den brennenden Lichtern wird der Schwei-
rer erinnert, daß Christus Iesus sey das Licht der Welt, und
das wahrhaftige Licht des Lebens, bey welchem er schweret
und bittet, daß Christus Iesus bey diesen weltfinstern und
unklaren Gedanken ihn bey der Wahrheit wolle erhalten.
Da er aber falsch handelt, so bittet er, daß ihm solches Gna-
den-Licht in Ewigkeit soll entzogen, und er an seinen Leibes-
und der Seelen-Lichtern zeitlich und ewig geblendet wer-
den. Bey dem Todten-Kopf erinnert er sich seiner Sterb-
lichkeit, dabey er alles Zeitliche, so er etwan durch falschen
*Eyd zu erhalten gedenket, als Leib, Leben, Ehr, Gut, Ge-
walt, muß hinter sich lassen, und daß solches nicht lange an-
siehet, sondern ehe man nichts vernehet, so erwürget der
Tod einen solchen Schwerer, wie dann Ananias und Sa-
phyra nur über blosen Lügen erfuhren. *Az. s. lmo & fe-*
nestre quandoque aperiuntur atque conclave, in quo præ-
standum est juramentum, nigro panno obfuscatur, per quod
ipsum similiter mortem juranti in memoriam revocari &
per aperitionem fenestrarum horrorem ipsi incuti cen-
fent, fore scilicet, ut si perjurium committat, Diabolus sta-
tim eundem per apertam fenestram abripiat & in gehen-
nam detrudat, seu, ut alii explicant, hoc ipso indigitatur,
omnia Dei oculis nuda adq; aperta esse, Uffelmann. de jure,
quo homo hom. in serm. oblig. c. 8. §. 14. Denique & chirothecam
ferream & gladium adhiberi solere in aliquibus locis addi-
*tur in *Volckmaño* emendato. Bey dem eisernen Handschuch
 und Gerichts-Schwert wird der Schwerer ermahnet,
 daß ihn die Obrigkeit bey der Wahrheit wolle schützen, aber
 da er falsch schweret, so wolle und solle ihn die Obrigkeit
 auch darum straffen, als die das Schwerdt nicht umsonst
 trägt,**

trägt, ja Gott selbst hat sein Schwert geweßt, daß es über ihn blitzen soll, damit er ihn richte und töte.

§. XXVII. Posset hoc etiam referre solemnum admonitionem de vitando perjurio, quam *avisationem* communiter appellare consueverunt, die Verwarnung vor dem Meineyd, quippe quæ nec ipsa ad essentiam juramentorum spectat, cum nemo salutis æternæ immemor presumatur, sed ad bene esse solum, ut eo magis perjuria evitentur, si forsitan aliquis adsit, prout adsunt saepè, qui nominis divini profanationem pro peccatillo saltem reputet. Fit hæc in omnibus casibus, quoties jurisjurandi præstatio exigitur, tam à testibus, quam ab ipsis partibus controvertentibus, præcipiuè autem tunc, quando adjuramentum purgatorium devenitur, ubi Inquisiti amore famæ & viræ suæ conservandæ saepius infelicia de committendis perjuriis consiliis arripiunt, salutem temporalem æternæ præferentes homines miserrimi. Solent autem ob oculos ponи juraturo immensa illa damna, quæ ex perjuriis proveniunt, penæ scilicet non humanæ solum & temporales, sed quod maximum est, divinæ quoque & æternæ, quem in fine omnia fere solemnia ita explicantur prout hactenus adductum deprehendis Regulariter hæc admonitio ab ipso Judice peragitur. Interdum tamen in sententiis addi solet formula: *Wobey gestalten Sachen nach ein Geistlicher zu gebrauchen, & tunc Confessionarius Inquisiti, si haberi potest, aut aliis Ecclesiæ Minister has partes in se suscipit.* Per voces: *Gestalten Sachen nach, indicatur, magnam esse metuendationem, ne Inquisitus perjurium committat, atque adeo tutiora remedia adhibenda, cum interdum magis per Ecclesiæ Ministrum, quam per secularem personam conscientia Inquisiti tangi queat.* Ut plurimum etiam his casibus

casibus juramenta publice praestari solent, ita ut quidem ad locum judicii foribus patre factis admittatur. Vide de ejusmodi avisationibus Martin. ad Ordinat. Proc. judic. tit. 20. §. 3. num. 91.

§. XXIX. Cum Judæi hodie in nostris Rebus publicis paßim tolerentur, & sic christianis cum ipsis haud raro negotia tam judicialia, quam extrajudicialia intercedant, quæ sine juramenti præstatione interdum finiri nequeunt; hinc non inutile erit, de solennibus in eorum quoque juramentis observari solitis nonnulla subjecisse. In Hungaria Judæus juramentum præstiturus contra solem verti & nudipes stare debet, chlamyde vel pallio induitus & pileum Judaicum in capite suo habens, volumenque Legis, quod tabulam Moysis vocant, manu sua tangat atque teneat & sic dicat:

Ego N. Judæus juro per Deum vivum, per Deum sanctum, per Deum omnipotentem, qui fecit cœlum & terram, mare & omnia, quæ in eis sunt, quod in hac causa, qua me hic Christianus inculpat, innocens sum penitus & immunis. Et si reus sum, terra me absorbeat, quæ Dathan & Abiram absorpsit: Et si reut sum, paraly sis & lepra me invadat, quæ precibus Elisæi Naaman Syrum dimisit & puerum Elisæi invasit. Et si reus sum, caducus morbus, fluxus sanguinis & gutta repentina me tangat, mors subitanæa me rapiat, dispereamque in corpore & anima ac rebus meis & in sinum Abrahæ nunquam perveniam. Et si reus sum, Lex Moysis in monte Sinai data me deleat & omnis scriptum, quæ in quinque libris Moysis scripta est, me confundat. Et si istud juramentum meum non est verum & justum, deleat me Adonai & suæ Deitatis providentia, Amen.

Joh.

Johan. Sambucus *in collect. jur. consuet. Hungar.* p. 3. tit. 36.
 Joh. Limnæus *de jure publ. lib. 3.c.2.n.39.* In Bohemia pau-
 lo aliter formatur juramentum Judæorum sequentem in
 modum: Ich N. N. Prager Jude, schwere bey dem all-
 mächtigen, lebendigen Gott, welcher Himmel und Erden
 und alles was darinnen ist, erschaffen hat, ich schwere durch
 alle seine heilige Nahmen, ic. Sofern ich aber unrecht
 oder fasch schwere, so gebe mir Gott an statt des Seegens
 die Verfluchung, daß ich verdorre wie das Gebürge Gil-
 boa, welches David verflucht hat, darauf Saul und seine
 drey Söhne ermordet seyn, und mich auch, wie den Gehäss,
 des Naemanns Alussaz betreffe, und daß ich verblinde,
 gleich wie andere verblindet, welche falsche Schwüre ge-
 than, oder daß mich die Erde verschlinge, gleich wie Dathan
 und Abiram verschlungen, so wahr mir Gott helfe und
 sein heiliger Nahme Adonay! v. Benekendorf. *ad Seraphi-*
ni tr. de privil. juram. priv. 71. num. 19. Ludov. Gunth.
 Martini *Comm. for. ad Ordin. Proc. judic. tit. 20. §. 3. 56.*

§. XXIX. De forma juramenti Judæorum suse quo-
 que agit *Ordin. Cam. P. 1. tit. 86.* ex qua præcipua ad sco-
 pulum nostrum pertinentia excerpemus. So einem Juden
 ein Eyd auferlegt wird, soll er zuvor, ehe er den Eyd thut,
 vor Handen und vor Augen haben ein Buch, darin die Ge-
 bot Gottes, die dem Moß auf dem Berg Sinai von Gott
 geschrieben gegeben sind, und mag darauf den Juden be-
 reden und beschweren mit den nachfolgenden Worten:
 Jud, ich beschwere dich bey dem einigen, lebendigen und
 allmächtigen Gott, Schöpffer der Himmeln und des Erd-
 reichs und aller Ding, und bey seinem Thorah und Gesetz,
 daß er gab seinem Knecht Moß auf dem Berg Sinai, daß
 du wolltest wahrlich sagen und verjahren, ob dis gegenwärtig
 Buch sey das Buch, darauf ein Jud einem Christen o-
 der einem Juden, einen rechten gebührlichen Eyd thun
 und

und vollführen mög und soll? So dann der Jud auf solche Beschwerung bekennt und sagt, daß es dasselbe Buch sey, so mag ihn der Christ, der den Eyd von ihm erfordert, oder an seiner statt der, der ihm den Eyd giebt, fürhalten und vorlesen diese nachfolgende Frag und Vermahnung, nemlich: Jud, ich verkündige dir warhaftiglich, daß wir Christen anbeten den einigen, allmächtigen und lebendigen GOT. -- Darum Jud frag ich dich: Ob du das glaubest, daß einer schändet und lästert den allmächtigen GOT in dem, so er schweret einen falschen und unwarhaftigen Eyd? so spreche der Jud, Ja. Spricht der Christ: Jud, ich frage dich ferner, ob du aus wolbedachten Muth und ohn alle Arglist und Betrieglichkeit den einigen, lebendigen Gott wollest anrufen zu einem Zeugen der Wahrheit, daß du in dieser Sach, darum dir ein Eyd auferlegt ist, keinerley Unwahrheit, falsch oder Betrieglichkeit reden und gebrauchen wollest in einige Weis, so spreche der Jud, Ja.

§. XXX. Sunt hæc quæ adduximus præliminaria solum jurisjurandi à Judæo præstandi. Ita autem juxta eandem ordinationem Cameralem porro proceditur: So daß alles beschehen ist, so soll der Jud seine rechte Hand bis ar die Knorren legen in das vorgemeldete Buch, und nemlich auf die Wort des Gesetzes und Geboths Gottes, welche Wort und Gebot in Hebräisch also lauten: Losissa etschen Adonayeloecho Laſchoff Kilo jenaqqe Adonay etaschez issa etschemo Laſchoff, zu Teutsch: Nicht erhebe den Namen des Herrn deines Gottes unnützlich, dann nicht wird unschuldig oder ungestraft lassen den der Herr, der da erhebt seinen Namen unnützlich. Deinde precatiunculam sequentem recitare tenetur Judæus: Adonay, ewiger allmächtiger Gott, ein Herr über alle Meleesim, ein einiger Gott meiner Vater, der du uns die heilige Thorach gege-

gegeben hast, ich rufse dich und deinen Heil. Nahmen Adonay und deine Allmächtigkeit an, daß du mir helfest bestätigen meinen Eyd, den ich iego thun soll, und wo ich unrecht oder betrieglich schweren werde, so seye ich verurtheilt aller Gnaden des ewigen Gottes, und mir werden auferlegt alle die Straffen und Flüche, die Gott den verfluchten Juden auferlegt hat, und mein Seel und Leib haben auch nicht mehr einig Theil an der Versprechung die uns Gott gethan hat, und ich soll auch nicht Theil haben an Messia noch am versprochenen Erdreich des heil. seligen Landes.

§. XXXI. Porro promittit Judæus, quod non velit absolutionem petere ab hoc juramento, nec etiam sub prætextu alicujus perversæ interpretationis ejus vim & efficaciam eludere. Et deinde demum ipsa solennis jurandi formalia sequitur. Adonay ein Schöpffer der Himmeln und des Erdreichs und aller Ding auch mein und der Menschen, die hie stehen, ich rufse dich an durch deinen heiligen Nahmen auf diese Zeit zu der Wahrheit - - also bitte ich mir auch Adonay zu helfen, und zu bestätigen diese Wahrheit: Wo ich aber nicht recht oder wahr habe in dieser Sachen, sondern einig Unwahrheit, falsch oder Betrieglichkeit darin gebraucht, so seye ich veram und verflucht ewiglich, wo ich auch nicht recht und wahr habe in dieser Sach, daß mich dann übergehe und verzehre das Feuer, das zu Sodoma und Gomorra übergieng, und alle die Flüche die an der Thorach geschrieben stehen, und daß mir auch der wahre Gott, der Laub und Gras und alle Ding geschaffen hat, nimmermehr zu Hülff noch statten komme, in einigen meinen Sachen und Nöthen: Wo ich aber wahr und recht hab in dieser Sach, also helfe mir der wahre Gott Adonay.

§. XXXII. Quid jure veteri quoad juramenta Judæorum, præcipue in Saxonia obtinuerit, recensetur ex M.

E

Hen-

Henrici Schmiedelii vierdtē Erd-Predigt in Volckmanno
emendato loc. sape cit. Scilicer das sie, die Juden, bey ihrem
 Eydschweren mit blossen Füßen auf einer Säuhtau haben
 zu stehen pflegen, und mit der rechten Hand sich auf die
 Bücher Moses gelehnet. Paulo aliter Limnæus *de jur.*
publ. lib. 3. c. 2. n. 40. Dann ein Jud, inquit, schweren soll,
 so soll er stehen auf einer Schweinhaut, die Junge hat ge-
 habt binnen vierzehn mählen, die soll man auf schneiden bey
 dem Rücken, und sie breiten auf die Füzen, da soll der Jud
 auf stehen barsfuß, und nichts anhaben, denn ein Nieder-
 kleid und ein hären Tuch um sich, also ist sein Recht. Alle-
 gat quidem Limnæus in hanc rem textum des Land-R.
c. 5. o. verum nobis textum juris Saxonici evolventibus ha-
 stenus illa formalia invenire non licuit. In *Art. 7. l. 3.* hæc
 saltē verba deprehendimus: Was aber der Jude aller-
 dings kauft oder zu Pfande nimmt, unverhölen und un-
 verstohlen, bey Tages-Licht und nicht in beschlossenen Häu-
 sern, us mag er das gezeugen selb dritte, er behält seine Pfen-
 nige daran, die er darum gab oder darauf that, mit seinem
 Eyde, ob es wohl gestohlen ist, ad quem locum ita com-
 mentatur Glossator *n. VI.* Es melden auch etliche diese son-
 derliche Weis von den Juden, nemlich, daß sie auf einer
 Schweinhaut stehen sollen, wenn sie schweren; aber es ist
 nicht. Sondern die Wort des Eydes mögen wohl also
 seyn, als das Recht davon redet. Dann es saget, daß sie
 nach ihrer Weise schweren sollen. Cum ergo hic Glossator,
 qui alias multa fabulosa glossematis suis inferuit, dictum
 morem fundamento destitui adserat; nos etiam non pos-
 sumus aliter, quam ut eundem pro fabuloso habeamus,
 donec contrarium forsitan ex alio aliquo textu doceatur,
 conf. Weichbild *art. ult. circ. fin.* ubi similiter dicitur, daß es
 eine Phantesey seye, & formula juramenti Judæorum jux-
 ta stilum Saxonicum concepta adducitur, quæ tamen cum
 illa,

illa, quam nos ex Ordinatione Camerali recensuimus,
fere coincidit.

§. XXIII. Posset ad solennia quoque juramento-
rum referre morem veterum in juramentis purgatoriis
admodum usitatum, ubi non solum is, qui de crimine
aliquo inculpatus erat, jurabat, sed & simul cum ipso ali-
quot *Compurgatores* sive *Sacramentales*, prout vocantur.
Ipse quidem accusatus de veritate, reliqui autem de cre-
dulitate, quod scilicet propter vitam accusati anteactam
eamque ab omni vitiis forde vacuam sibi persuadere
nequeant, eum delictum, de quo quæstio erat, commis-
se. Jure feudali XII. requiruntur, eorumque sex ex agna-
torum classe esse debebant, 2. F. 33. Jure Canonico autem
numerus est arbitrarius XII. vel VI. personarum, c. 8. &
10. X. de purgat. Canon. modo sint ingenui, orthodoxi, ho-
nesti, de perjurio ob amorem, lucrum vel odium mini-
me suspecti, quique vitam Rei anteactam, de cuius inno-
centia testimonium, ut diximus, ferendum erat, probe
perspectam habent, v. cap. 1. 7. 10. & ii. X. de purgat. Canon.
Ceterum tamen, cum eos usu apud nos desiisse ipsa ex-
perientia & notorietas fori satis superque testetur, non
opus erit, ut in conquirendis DD. testimoniis hic mul-
tum nos, frustra tamen, defatigemus, conf. Dn. Præf.
Colleg. jur. feud. Disp. 8. thes. 43. & 44.

§. XXIV. Colophonis loco addimus solennia,
quæ in juramento conjurationis impia Catilinæ adhibi-
ta fuerunt. Mactarunt nempe puerum quendam & ju-
ramentum super ejus visceribus inierunt, quæ una por-
stea comedenterunt. Alii addunt, Catilinam oratione ha-
bita, cum ad jusjurandum sceleris sui socios addiceret,
humani corporis fanguinem vino permixtum in pate-
ris circumfuluisse, inde cum post execrationem omnes

degustavissent, sicut in solennibus sacris fieri consuevit, aperuisse consilium suum, conf. Jerem. Setser, *de juram.* lib. i. cap. 15. num. 28. Qui plura desiderat, adire potest Pet. Gregorium, vulgo Tholosanum dictum, *in Syntagm. jur.* univers. lib. 50. cap. 8. num. 7. seqq. & Annæum Robertum *ver. judicat. lib. i. c. ii.* Nobis hæc tanquam potiora retulisse in præsenti sufficiat.

CAPUT II.

MORALITATEM SOLENNIUM
JURANDI EXPENDIT.
CONTENTA HUJUS CAPITIS.

Prudentia juris in eo consistit, ut facta obvenientia ad trutinam Legum examinentur. Miseria corum, qui ex sola memoria, ex autoritatibus DD. & casibus in terminis terminantibus decisis sapiunt. §. I. Quæstio præliminaris: Utrum juramentum sine solennitatibus præstitum effectum veri juramenti habeat? §. II. Affirmatur illa subjunctis rationibus & DD. autoritatibus. §. III. Dubia, qua contra hanc adsertionem moveri possent, præcipue à materia stipulationum & testamentorum Romanorum desumpta, §. IV. Responso ad illa dubia. A solennitatibus stipulationum & testamentorum ad solennia juramentorum non valet consequentia. Solennia in juramentis solum ad formam accidentalem pertinent. §. V. Fertur judicium de opinione Rutgeri Rulant, qui quodammodo dissentire videtur. §. VI. Solennia juramentorum non sunt introducta per confoetudinem propriè sic dictam, sed ad decorum pertinent. Si testis manum vel digitos amiserit, non necesse est, ut loco elevationis digitorum vel tactura Evangeliorum alia solennitas substituatur. §. VII. Utrum execrations præter invocationem nominis divini in juramentis adhibere liceat? Rationes pro negativa. §. VIII. Defenditur sententia affirmativa in medium adductis duobus distinctionibus. §. IX. Contentiones per Creaturas invocationi divini nominis injuramenis rite etiam subiectantur. Sole tamen ejusmodi contentiones & quando Creaturis divinitatis aliquid non tribuitur, jocularia sicutem sunt juramenta. Juramenta autem per Creaturas cum conceptu divinitatis à Christo & Apostolis

Apostolis serio probita. §. XI. Formula jurandi: Per sanctum Dei Evangelium aut Dei verbum, examinatur. Verbum Dei vel denotat verbum personæ vel litteræ. In priori sensu formula ab omnibus approbatur. In posteriori non item. Rationes dissentientium §. XII. Defenditur dictam formulam nihil illiciti in se continere & scopus ejusdem explicatur. §. XIII. Neque simpliciter sunt improbandi mores, quando in templo, adhibito signo crucis, ad aras, &c., iuramenta praestantur, §. XIV. De tactu Evangeliorum. Donellus eum simpliciter rejicit, cuius rationes propriis ipsis verbis adducuntur, §. XV. Rationes in contrarium, illum tactum licite etiam ab Evangelicis fieri posse, §. XVI. Donellus propter hanc opinionem inter Autores damnatus relatus. §. XVII. Examinantur singulae rationes ab eodem adductæ. §. XIX. Tactus Evangeliorum ignoracioni verbi divini simpliciter adscribi nequit. Majorem tamen juramentum efficaciam non producit. §. XIX. Quamvis utilis interdum esse possit ad majorem metum juranti incutiendum. §. XX. Electores protestantes in electione Imperatoris absque conscientia scrupulo Evangelia tangere & huic ritui inveterato morem gerere possunt. Imo & Missæ ipsi licite intersunt, si velint. Adducuntur exempla buc facientia. §. XXI. Quid si vel à Lege, vel à deferente expresse requiratur, ut juramentum tactus Evangelii vel alia solemnitate adhibita præstetur? Tunc solemnitas ad substantiam juramenti pertinet, nisi superstitionem involvat, §. XXII. Dicitur de aliis solemnibus jurementorum in judiciis nostris receptis & lepidus casus additur, ubi Lepus juraturo perjurium committere volenti veritatem excorxit. §. XXIII. & XXIV. Avisatio de vitando perjurio est utilis, & inde appellatio eines Gelehrten Eydis originem dicit. Non solet adhiberi in honestioribus & de perjurio non suspectis. §. XXV. Mos veterum Saxonum, ut creditur, daß der Jud auf einer Schweinshaut barfuß schweren folle, fuit turpis. §. XXVI. Idem dicendum de solemnibus in coniuratione Catilinæ adhibitis. Cur de quibusdam solemnibus in specie nihil dictum fuerit? Conclusio Dissertationis. §. XXVII.

§. I.

Facta non solum, sed præcipue etiam jura ad genuinum Jurisprudentiæ conceptum pertinent. Priora objectum memoriae, posteriora autem judicii & ratiocinii

tio[n]ationis constituunt, atque adeo in J[uris]C[onstituti]o[n]e principalem locum occupant. Unde ipse Ulpianus in l. 10. §. 1. f. de J. & J. Jurisprudentiam non modo per rerum divinarum atque humanarum notitiam, sed simul etiam per justi atque injusti scientiam definit. Facta varia conquerere, eademque memoriae imprimere, minima pars est prudenteriæ juridicæ. Imo & ipsa jura ex meritis autoritatibus, ex Decidentibus & Consulentibus, casibusque in terminis terminantibus decisis haurire vele, quod faciunt animalcula quædam, in dedecus Jurisprudentiæ protrusa, miseriae humanæ & infelicitati ingeniorum potius, quam arti adscribi meretur. Quid nos ergo, ut hosce scopulos evitemus? An subsistendum erit, postquam haec tenus varijs juramantorum solennia cum explicationibus vulgaris, valde simplicibus interdum & Postillas redolentibus, recensuimus? Minime vero. Sed jam ulterius pes promovendus, & quatenus illa solennia ad classem justi vel injusti referri mereantur, juxta genuina Legum divinarum atque humanarum principia dispiciendum.

§. II. Primo omnium autem repeti debent, quæ in cap. præc. §. III. supposuimus, solennia, quæcunque demum sint, non pertinere ad essentiam juramenti, quippe quæ unice in nominis divini invocatione consistit: sed ad mera accidentalia referri debere, quæ, salva rei substantia & adesse possunt, & abesse. Facile ergo jam iudicium ferri poterit de quæstione: *Utrum juramentum sine solennibus ipsis praesitum, nihilominus vim & effectum viri juramenti babeat?* Ponamus, alicui impositum fuisse juramentum, sive illud sit testimoniale, purgatorium, suppletorium, litis decisorium, sive aliud aliquod, eundemque hoc præstitisse quidem, sed vero per incuriam, aut insciatiam Judicis accidisse, ut jurans vel non tetigerit sacra

Evan-

Evangelia, vel non erexerit digitos, imo ē contrario etiam, ut quatuor digitos, vel integrum manum elevaverit, & sic vel in excessu, vel defēctu peccaverit, quāritur, *an juramentum sit iterandum?* Et nostra quidem sententia neutiquam justum erit, ut denuo quis ad jurandum adiungatur. Quod idem in eo casu observandum censemus, quo praecedens de perjurio vitando admonitio à Judice neglecta fuit.

§. III. Rationes si desideras, illas facile negotio supeditamus & quidem autoritate lctorum celeberrimorum simul stabilitas. Non quævis verba, inquit Bened. Carpzovius in *Definit. forens. P. 2. Conf. 16. def. 6. n. 6. seqq.* vim & efficaciam corporalis & solennis juramenti habent, sed solummodo ea, quæ in formula jurandi in Imperio Romano usurpari solent, scilicet, *als mir Gott helfe und mein heiliges Wort*, in quibus hodie forma essentialis juramenti consistit, *Ordin. Camer. P. 1. a cap. 57. usque ad c. 85. Rauchbar. P. 1. qu. 2. num. 52.* omissa ergo, hac formula, promissio fidei pro juramento non habetur, etiamsi facta fuerit sub verbo veritatis, quod & forsitan intelligi possit de veritate humana, non divina, ut tanto minus huic verbo efficacia juramenti solennis sit adscribenda tunc scilicet, quando pro forma actus alicujus juramentum solenne requiritur, Modest. Pistor. *Vol. 2. Conf. 19. num. 56. Wensenbec. Conf. 15. num. 63.* Et paulo ante *num. 4.* concedit idem Carpzovius ritus solennes & ceremonias juramenti, ut est tactura rei alicujus sacræ vel Evangelii, nec non erectio digitorum, aut positio manus dextræ ad pectus sinistrum mulieris jurantis, nonnisi inter adiaphora connumerari ac proinde salva juramenti substantia adesse vel abesse posse, Math. Coler. *de process. execut. P. 1. C. 10. num. 285. Joh. Petr. Surd. Decis. 159. num. 20. seq.* quo pertinet

40 CAP. II. DE MORALITATE

net Responsum Scabinorum Lipsiensium apud eund. Carpzovium n. 20. Hat nun eure Pflegefrau in solche Schuld gewilliget, und sich dabei ihrer weiblichen Gerechtigkeit bei dem Wort der ewigen Wahrheit, und so wahr ihr Gott helfe, begeben und verziehen; So haben solche Wort die Kraft und Wirkung eines leiblichen Eides, und ist demnach eure Pflegefrau gedachter Verpflichtung, ihres darüber gehanzen Fürwendens ungeacht, nachzukommen schuldig. In eandem sententiam inclinat Sigism. Finckelth. Obs. 106. n. 8. seqq. Joh. Zanger. de Except. P. 3. c. n. n. 191. seqq. Jerem. Setser de juram. lib. i. c. 15. n. 22. Illust. Dn. Stryk. de jur. sens. Differt. 7. c. 1. n. 34. Matth. Coler. de process. execut. P. I. cap. 10. n. 185. Martin. Rurmelin. ad A.B. Disp. 3. th. 5. Add. omnino can. ii. caus. 22. quest. 1. ibi: stulti, scripturaræ sanctæ propter Deum sunt, non Deus propter scripturas. & can. 12. ead. caus. 8° quest. Habemus in Lege Dei scriptum: Non pejerabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei tui in vanum. Ideo admonendi sunt omnes, ut diligenter caveant perjurium, non solum in altari seu Sanctorum reliquis, sed etiam in communis loquela.

§. IV. Facile autem hariolamur, quid contra hanc assertiōnē nostrā nonnulli sint obmōrtūri. Instabunt nempe, non pertinere ad rem eas rationes, nec DD. allegatos à nostra stare sententia, cum præcipue Carpzovius, Zangerus & Finckelthusius, de eo saltem casu loquantur, ubi fœmina beneficis sibi alias in jure concessis renunciavit. At vero, dicent, Leges nunquam à tali fœmina renunciante *juramentum corporale* requirunt, quod tamen illis casibus exigitur, ubi *juramentum testimoniale*, purgatorium, sppleriorum & litis decisorum est præstandum, de quibus juramentis in §. II. status controversiae formabatur. Juvat eos, quod Zangerus loc. ante cit. n. 202. deci-

decisionem suam inter alia huic fundamento superstruat, quoniam in Constitutione Electorali, de qua ipsi sermo est, non requiritur renunciatio: mit Corporelichen oder leiblichen, sed nude saltē: mit dem Eyd. Et provocabunt præterea ad alios actus solennes, qui injure reperiuntur, in specie ad stipulationes Romanorum, nec non ad testamenta, in quibus sine dubio substancialē etiam in liquida voluntatis declarationē consistit, ac nihilominus tamen in stipulationibus solennis interrogatio & responsio, in testamentis autem septem testes ac plurimæ aliæ scrupulose solennitates requirunt Legislatores, ita quidem, ut illis ad ungvem non observatis forma substancialis deficiat & actus validitate omni destituatur, quidni ergo, concludent, eadem quoque ratio in juramentorum solennibus locum inveniet?

§. V. Non parum in recessu habere videbatur ab initio hoc dubium, cum liceat Gentibus pro arbitrio iis substancialibus negotiorum, quæ jus naturæ requirit, simplicibus ut plurimum, nova superaddere, idque cum clausula, actus fore irritos & nullos, si hæc accurate non observentur; sed re accuratius aliquantulum perpensa in promptu simul adesse videtur responsio. Negamus enim, eandem juris rationem militare in solennibus juramentorum, quæ quoad testamentorum & stipulationum materiam in Legibus innuitur. Nempe testamenta, in quibus vel minima solennitas deficit, nulla esse: ita quoque pacta nuda, quibus solennis interrogatio & responsio non accessit, vim efficaciter obligandi non produce-re, expresse & sèpè dicitur in jure Romano, quod inter omnes constare atque adeo allegatione legum tædiosa opus non esse existimamus. At vero talem Legum dispositionem quoad solennia juramentorum etiam ad-

F

esse,

esse, hactenus nobis non constat. Mentio quidem tam in jure Canonico, quam civili, eorum sit aliquoties, ut ex *cap. preced.* appareret: sed ubique solum per verba enunciativa, non per dispositiva, id est, referunt Leges, quae tunc temporis observabantur, non autem, quod ita præcise observari debeant, disponunt. Atque propterea à nonnullis forma juramentorum in *substantialem & accidentalem* recte dispescitur & ad posteriorem hanc, quam *externam* quoque vocant, solennitates & symbola, ad majorem iurando conciliandam reverentiam adhiberi solita, referuntur, vid Henric. Uffelmann. *de jure, quo homo homini in sermone obligatur cap. 8. §. 14.* Quis vero diceret, solennitates testamentorum & stipulationum ad formam saltem accidentalem referri debere? Nec ergo ab his ad solennia juramentorum firma procedit consequentia.

§. VI. Facile nunc judicium ferri potest de opinione Rutgeri Rulant *intr. de Commissar. & Commiss. Cam. Imper. P. 2. lib. 2. cap. ii. n. 34.* Disquirit nempe hic Autor, utrum Commissarius officio suo satisficerit, qui, dum ipsi injunctum erat, die Zeugen in gewöhnliche Gelübd und Eyd zu nehmen, testes tamen ad juramentum non compulerat, sed assertione eorum per verba: an Eydē statt facta contentus fuerat? Hanc quæstionem recte quidem negat, rationes tamen, quas pro hac sua negativa adducit, non omnes sunt ejusdem ponderis. Postquam enim ostenderat, in adlatis verbis non adesse invocationem nominis divini, porro addit *d. n. 34* deficere etiam solennitatem jura menti, ut levatis digitis juretur. Quod autem, addit. introducatur est pro forma solennitatis, non prestatur per æquipollens. Nam forma præcise observanda est, nec à quoquam mutari potest, quod ultimum assertum autoritate Alexandri *in l. i. num. 8. ff. de lib. & posth. Jafonis in l. i. num. 4. ff. de V. O. & Baldi in*

in l. 7. ff. de jure jur. comprobatur. Respondeamus juxta distinctionem sub finem §. præc. adductam, (cui calculum quoque addit Exc. Dn. Thomasius in *Jurisprud. div. I. 2. cap. 9. §. 39.*) Forma substantialis præcise est observanda, nec à quoquam mutari potest: & quod introductum est pro forma substantiali solemnitatis, illud per æquipollens præstari nequit. At vero solennitas, ut levatis digitis iuratur, non est substantialis, sed accidentalis solum. A diversis itaque ad diversa fit illatio Rulanti.

§. VII. Nec est, ut ad confuetudinem vel ius non scriptum hic aliquis configiat, prout ex hoc fonte solennia deducere viderur Idem P. i. lib. 5. cap. 10. num. 10. & II. ibi: secundum multorum locorum consuetudines &c. & paulò post: ex eadem consuetudine &c. Primo enim respondeamus, consuetudinem in facto consistere & ab allegante probandam esse. Et si quis ad notarietatem provocare velit; ulterius regerimus, hoc quidem esse notorium, quod variae in juramentis solemnitates observari soleant, sed utrum eadem præcise etiam observari debeant, adhuc esse altioris indaginis. Sola imitatio, soli mores utentium non inferunt ius aliquod; sed ejusmodia & cūs requiruntur ad inducendam consuetudinem, ut putaverint partes se necessario ad formam in negotio observaram adstrictos esse, quod ipsum innuit Ulpianus in l. 34. ff. de LL. cum de consuetudine civitatis, inquit vel provincia confidere quis videatur: primum quidem illud explorandum arbitror, an etiam contradic̄to aliquando iudicio consuetudo firmata sit, qualis confirmatio quoad solemnia juramentorum nunquam doceri poterit. Unde quoties eadem ex consuetudine proficiuntur, vox consuetudinis abusive pro decoro usurpatur. Decorum autem sive sit in vestibus, sive in aliis rebus & actionibus, nullum ius producit, quamvis per im-

memoriāle etiam tempus conformiter continuatum fūerit. Ex quo profluit, quod in diversis iudiciis diversissimā juramentorum solennitates adhiberi & eā, quæ hactenus receptæ fuerunt, sāpe mutari soleant. Confirmat hanc nostram sententiam Martini *ad Ordin. Process. tit. 20. §. 3. n. 105. & 106.* ubi testem in propria persone jurare d̄bere adstruit, licet manus non habeat, ut possit eas imponere libro, aut tollere, quia (addit.) quod tangimus scripturam, aut erigimus digitos substantiam juramenti non constituit, quo de Cæyallos *quaest. 607.* sed tantum est nota externa animi devoti. Quamvis vero statim *num. 107.* subjugat cit. Martini, quod in eo casu, si testis amiserit forsan integrum manum, vel digitos, per aliam externam notam substitutam illa devotione declarari possit, puta *per flexum genuum, Celi intuitum, &c.* hoc tamen ad necessitatem aliquam non refert, verum ita fieri posse solummodo dicit.

§. IIX. Præmissa hac quæstione præliminari, nunc porro de singulis, quæ in capite præcedenti recensimus, juramentorum solennibus eorumque moralitate, breviter dispiciendum. Occurrunt autem primo loco id d. *Cap. præc. §. VII. Execrationes* præter invocationem nominis divini ad eo arctius jurantis conscientiam adstringendam adhiberi solitæ. Hæ quin ad accidentalia saltēm juramentorum pertineant & sic adhibita in vocatione divina recte abesse possint, nemo est qui dubitat; verum quoad quæstionem: *an eas etiam adhibere permisum sit?* major dubitandi ratio adesse videtur. Pro negativa adduci possent, quæ inveniuntur in *Disp. de Execrat. Testator. sub Præsidio Exc. Dn. Joh. Sam. Siryki habitacap. 1. n. 7. seqq.* quod scilicet sanctissimus Salvator tam serio benedictiones, nunquam vero maledictiones aut execrationes incul-

omittit

culcaverit, & sic veri Christiani sibi à re à Salvatore , adeo severè prohibita maxime cavere debeant, quapropter etiam Thomas Linacrus, Anglus , vitia sui seculi procul dubio intuitus lecta Christi adhortatione *Matth. 5, v. 45.* *Diligite inimicos vestros & benè precamini iis,* librum projecisse fertur, adjectis verbis : aut vera non sunt hæcce, aut non sumus Christiani juxta Alsted. *in triumph. Bibl. sc̄t.* 29. §. 1. Et quod porro (*n. 24. sqq. d. Disp.*) nec nobis conveniat, ut nos ipsos devoveamus & execrationes in proprium caput cumulemus, unde pessima vulgi consuetudo, qui contra finem à Christo intentatum ad tacram Cœnam in signum innocentiae capiendam provocare solet, sie wollen das Heil. Abendmahl darauf empfangen.

§. IX. His tamen non obstantibus cum Excellentissimo Autore *d. l. num. 45.* nec non cum Dn. Beccmanno *in Doctrin. moral. c. 14. §. ii.* distinguendum esse putamus, an super re commissa an vero super committenda & sic quo ad futurum alicui maledicamus. Et deinde etiam intuitu causæ finalis distingui posse arbitramur, an execratio fiat *ex animo vindictæ cupido* an vero *ob excludendas fraudes,* quæ in jurantis persona metuuntur. Sæpius obtestationes & maledictiones adjiciuntur salutaribus Constitutionibus, quo major reverentia arctiorque obligatio in animi subditorum producatur. Pertinet hoc formula execratoria *Impp. Leonis, & Alexandri in Constitutione,* quæ Novellis Leonis à Gothofredo subjuncta, adversus Judices iustitiam non sancte colentes directa: *Inveniat, inquit, iste Deum & cœlestes omnes ac incorporeas potestates sibi nunquam non adversantes. Immature ex hac vita excidat potius, quam excedat. Incommodis in super afficiatur perpetuis, ipsius adiunctorum fundamenta ignis tandem devoret & posteritas coredigitar inopia, ut panem ostiatum queriet.* Atque

que hæc jure sanc optimo propterea quod leges, quas liberrimas esse oportuit, servas quodammodo ac captivas efficit filiorum pravorumque judiciorum. Ex eodem fundamento in cit. Disp. num. 48. 49. defenduntur execrations, quæ in formula jurejurandi à Justiniano praescripta habentur, v. supra Cap. I. §. IX. quoniam illi, qui administrationibus præpositi, fibulam facile laxant adfectibus, imprimis avaritiae, & in specie Græcorum, quibus imperabat Justinianus eorumque ministerio utebatur, fluxa & sublesta fides vel publico proverbio traducebatur, ita ut punica & græca fides pro nulla habita fuerit. Addimus & hoc: Si plane prohibitum esset, ejusmodi execrations in aliquis personam dirigere, tunc sanc ipsa juramentorum licentia tollenda esset. Annon enim constans omnium est opinio, Deum non ut nudum testem, sed simul etiam ut perfidiae *Vindicem* invocari? utrum ergò generaliter Deus ira invocetur, an vero adhuc specialia quædam superaddantur in consideratione morali eodem recurrere existimamus.

§. X. Ex eodem fundamento nunc porro facile decidi potest, *contestationes* etiam, quæ nonnunquam invocationi divini Numinis superadduntur injuramentis, nihil illiciti in se continere, ut quando amatoribus olim religiosissimum erat, jurare per fulgentes oculos, per dulce osculum, per crines aureos Dominae. Equidem libenter concedimus, jocularia fuisse juramenta, quando e.g. Socrates per canem, per anserem & platanum, nec non Zeno per capparim, aliique per alias Creaturas *solas* jurabant, quia per talia non jurabant ut per Deos, sed ne per Deos jurarent. Ad verò si res carissime substantiali juramentorum requisito subjiciuntur, tunc illis omnibus, (utimur verbis Pufendorffii de I. N. G. lib. 4.c. 2. §. 3.)

§. 3.) nequaquam hic sensus est, quod istæ res tanquam testes, & vindices perjurii invocarentur, aut quia si istæ creature testes citarentur, tanquam aliquid Dei, in quo scilicet resulget Dei veritas, bonitas & potentia, & quo se tum agnoscit per Dei misericordiam frui, tum non vult per Dei justitiam privari, ac si ita dicerent, *juro per vitam*, id est, per Deum, cui vitam debo, uti præter alios arbitratur Robert Sanderson *de juramenti obligat. praledt. I. §. 4.* sed Deum obtestabantur, ut ultionem perjurii istis potissimum rebus, utpote sibi carissimis exerceceret. Sicut Atheniensibus usitatum erat, in juramentis se & familiam suam devovere, si fallerent: & contra, si bene jurarent, sibi suisque omnia bona à D is precari. Et hoc pertinent ex formula Solymanni, Tu caru n imperatoris, (v. Cap. I. §. IX. ubi per Proavum, Avum, Patrem, Matrem & lac maternum, ac panem suum, gladium animam & vitam suam, ac omnium Bezemannorum circumcisorum salutem Johanni, Regi Hungariæ, ad eo magis confirmandum fœdus initum juramentum præstabat. Quis enim putaret, omnes hasce res Solymanno non fuisse carissimas, eumque hoc ipso innuere voluisse, ut quemadmodum illas ægre perderet, ira è contrario promissionem Johanni factam quam religiose se observaturum esse, ne earum jacluram incureret.

§. XI. Non refragatur, quod tamen Christus severè interdixerit Matth. 5. v. 33. seqq. non esse jurandum per Creaturas. Auditus, inquit, quod dictum sit: non pejerabis, solves vero Domino juramenta tua. Ego vero dico vobis, non jurabis omnino, neque per cælum, quia thronus Dei est: neque per terram, quia scabellum pedum ejus: neque per Hierosolymam, quia urbs est magni Regis. Neque jurabis per caput tuum, quia non potes unum pilum album aut nigrum facere. Esto vero

verò sermo vester Næ, Næ, Non, Non, quod ultra hæc est, à malo est, Similia habet Jacobus in Epist. sua cap. 5. v. 12. quando dicit: *Ante omnia autem fratres mei, ne jurate neque per cælum, neque per terram neque aliud juramentum. Esto autem vobis Næ, Næ, Non, Non, ne hypocryſin labamini.* Ut enim paucis non expediamus, leprofis variis Interpretū glossematis, hoc tantum dicimus: Christum & Jacobum improbabilem juramenta, quæ per solas Creaturas (sub concep-
tu, ac si aliquid divinitatis haberent) & deinde etiam, quæ sine urgente necessitate fiunt. Ast & nos talia improbamus. Quæſtio nobis saltem fuit: annon præter invocationem Numinis divini in Creaturis & rebus juranti charissimis contestationes fieri possint? Hoc autem nulli-
bi prohibitum deprehendimus. Et cavendum hic omnino, ne contestationes per creaturas & juramenta per easdem confundamus.

§. XII. Progredimur ad formulam, quando non solum per Deum, sed simul etiam per sanctum Evangelium aut per sanctum Dei verbum juratur, conf. cap. i. §. XI. seqq. Hic ante omnia supponendum, quod per Dei verbum vel verbum personæ, sive hypostaticum, ut loquuntur Theologi; vel verbum literæ Evangelii intelligatur. Priori casu quin recte adhibetur diæta formula, nemo est qui dubitat, æquipollit enim alteri illi: *So wahr mir Gott helfe durch Christum, sive um Christi willen.* Sed poste-
riori casu inter se non convenit Interpretibus. Sunt enim nonnulli, qui adlatam formulam penitus rejiciunt tan-
quam impietate laborantem, inter quos est Jerem. Setserus in tr. de juram. lib. i. c. 15. num. 38. pro ratione adducens, quod gloria solius Dei, nempe invocatio, verbo litteræ humano consilio non sit tribuenda, Balduinus in Cas. Con-
scient. cap. 9. eas. ii. & Matth. Wesenbechius in Paratitl. ff. tit.
de

dereb. cred. & jurejur. num. 6. in med. qui ita: quod vero, inquit, & hic pro veteri Evangeliorum tactione jam in Ordinatio-
nes Imperii moremque publicum irrepit, ut juretur hac forma:
Ita me Deus juvet & sanctum verbum ejus: in eodem haeres
vitio, nisi de verbo persona, qui est ὁ λόγος Θεός, non de verbo
literæ Evangelii, ut sit accipiatur. Uffelmann. loc. cit. §. 24.
formulam hanc excusat quidem: sed tamen mox addit:
Ceterum si mei res esset arbitrii, mallem istam appendicem omit-
tere, quam glossa aliqua incrustare salvo meliore judicio.

§. XIII. Nobis dictam formulam nec impiam esse,
nec injustam videtur cum Exc. Dn. Thomasio in Jurispr.
divin. lib. 2. cap. 9. §. 102. Neque enim, ut recte observat
Uffelmannus, per Evangelium aut Dei verbum intelligi-
tur liber aliquis, quatenus in charta aut litterarum notis
ac figuris constat, sed simpliciter Evangelii doctrina, ad-
eo ut sensus sit: *Ita me Deus adjuvet per promissiones mihi
in verbo ejus revelatas: vel, quod eodem recidit: Quæ ve-
ra esse novi candide profitebor, quam velim dulcissimas
Evangelii promissiones de gratia Dei & merito Christi
mihi meæque animæ saluti esse.* In quem finem in Evan-
gelii libro etiam, quando ille manu tangitur, (de quo mox
pluribus) vel historia de nativitate Christi, vel, quod fre-
quentius est, Caput primum Evangelii Johannis, ubi de
æterna Christi Deitate agitur, evolvi solet, quasi jurans
omnibus beneficiis tam ex deitate, quam ex nativitate
Christi Salvatoris profluentibus eo ipso renunciet, si ma-
litiose adversarium suum, cum quo ipsi negotium inter-
cedit, decipiatur. Non ergo videmus rationem, cur ma-
luerit Uffelmannus, ut saepè adducta formula potius o-
mitteretur, quam glossa aliqua incrustaretur, quia nihil
impii aut superstitionis involvit. Quamvis eam licite et-
iam omitti iterum posse, ambabus manibus largiamur.

G

§. XIV.

§. XIV. Circa solennia jurandi eorum, de quibus in sacris litteris mentio injicitur, (v. Cap. I. §. XV.) ratione moralitatis nihil monendum videtur, cum in iisdem nihil injusti aut superstitionis occurrat. Imo & hoc solum non meretur reprehensionem, quod Graeci quondam in templo descendisse, sacra immolasse, certas yestes induisse & incensis facibus adhibitis &c. Romani autem ad aras Deorum & manu interdum lapidem silicem tenentes juramenta sua præstissime leguntur, si modo vero Deo jurassent eique sacrificia sua obrulissent, (v. Cap. I. §. XIV.) Eiusmodi enim externæ ceremoniæ, quoties verbo Dei expresse non contrariantur, ad classem rerum indifferenterium pertinent & pro lubitu determinari possunt, ita ut non peccet, qui eas omittit, nec etiam injuste agat, qui hac parte mores aliorum usitatos sponte imitatur. Huc etiam refero, quando apud Pontificios juraturis crux aliqua offertur, cui manum alteram imponere tenentur, (v. exemplum de Duce Andegaviensi in Cap. I. §. XIX.) quando scilicet hoc ipso nihil aliud intenditur, quam ut juraturus mortem & passionem Christi in memoriam sibi revocet & is per consequens ad veritatem eo sincerius profitendam monetur, conf. omnino quoad hanc materiam Ziegler. *ad Lancell. lib. 2. tit. 18. §. 9.*

§. XV. Dedaxit nos ordo nunc ad celebrem illam quæstionem: *Utrum aliquis, qui Religioni Evangelica addidus salva conscientia interjurandum librum Evangelii ipsi propositum tangere possit?* Negat eandem Hugo Donellus lib. 21. cap. 12. lit. B. cuius verba, ut eo clariss de ejusdem mente constet benevolo Lectori, apponere lubet. *Sacramenta puberum, inquit, requirit Imperator in Auth. Sacramenta puberum C. Si advers. vendit. Non autem addit corporaliter præstita ut l. l. C. d. t. Rechte. Quid enim ad Religionem, juramenti pertinet.*

pertinet tactus rerum quantumlibet sacrarum? Anne minus sacrosanctum est nomen Dei, per quem juratur, si nihil addideris? Non hic de aliarum rerum autoritate vel contemptu, sed de attestatione nominis solius Dei agitur, Exod. 22. vers. ii. quare tactus Evangeliorum ex ignoratione verbi Dei induitus. Nec levis est contumelia, si quis sine eo satis juratum non putet. Quasi quidquam sanctius in Evangelio, quam in eo, qui autor est Evangelii & rerum omnium. Sequitur Domum Jeremias Setlerus in tr. de juram. l. i. cap. 15. num. 7. eadem Donelli verba repetens.

s. XVI. Nobis tamen affirmativam propugnare placet, nempe quod tactio Evangeliorum, à Protestantibus etiam inter jurandum adhiberi solita sine ullo conscientiae scrupulo fieri possit, idque sive aliquot digiti, sive integra manus libro Evangeliorum imponatur. Rationes pro hac affirmativa nostra si desideras, ad ea provocamus, quæ ad ostendendum licentiam formulæ: Ita me Deus adjuvet & sanctum ejus Evangelium, vel sanctum ejus verbum, paulo ante in s. XIX. adduximus. Quenadmodum enim ille, qui dicta formula utitur, litteræ Evangeliorum aliquod divinitatis non attribuit, sed ad promissiones in littera comprehensas unicè respicit: Ita quoque eadem ejus mens haberi debet, qui litteram Evangeliorum tangit. Dictam formulam adhibens, ita jura censem: Ita me Deus adjuvet per promissiones mihi in verbo ejus revelatas: Sic quoque Evangelia tangens idem innuere voluit, nempe: Ita me Deus adjuvet per promissiones mihi in hoc ejus verbo, quod corporaliter tango, revelatas. Totus ergo scopus eō tendit, ut juranti eo magis in memoriam revocetur, quam maximum damnum ille sentiat, qui sciens & volens perjurium committit, nempe quod omnis divinæ gratiæ se inhabilem reddat, nihilque ex

omnibus ad ipsum pertinere posse, quæ Deus in verbo suo veracibus & sinceris hominibus promisit. Deus enim maximo odio falsos prosequitur, quidni detestaretur illos, qui plane divino ipsius nomine ad decipiendum proximum abutuntur?

§. XVII. Sed quid respondebimus Donello? Equidem in Editione Donelli de A. MDCXLII. Antwerpiae apud Petrum Bellorum prostante Donellus non solum inter Autores damnatos propterea refertur, sed simul etiam verba illa, quæ in §. XV. ex eo adduximus expunctata esse reprehenduntur, unde in rubrica libri præmittant Editores: *Hac editio ab erroribus omnibus prostat vindicata, & mendis innumeris, quibus præcedens scatetabat (¶ juxta indicem Expurgatorium D. Bernardi de Sandolai & Roxas, Cardinalis Archiepiscopi Toletani Hispaniarum inquisitoris generalis) perpurgata; Nobistamen facile etiam ad rationes Donelli responderi posse videtur.*

§. XIX. Excutiamus autem singula Donelli argumenta. *Quid enim, inquit, ad Religionem juramenti pertinet tactus rerum quantumlibet sacrarum; Respondemus: Nihil. Neque in eo consistit status controversiarum, utrum tactus Evangeliorum ad religionem juramenti pertinet & per modum formæ substancialis requiratur; Sed de eo saltem quærimus: annon licitum sit, ut adhibeatur & an quis sine conscientiæ scrupulo Evangelia tangere queat? Anne pergit, sacrosanctum est nomen Dei, per quem juratur si nihil addideris? Respondemus: Æque sacrosanctum est nomen Dei, per quem juratur, licet nec tactum Evangeliorum, nec aliam solennitatem externam addideris; quod si tamen ille tactus additus fuerit, eo ipso, sanctitati divini nominis nihil decedit. Nec hic, addit, de alienum rerum autoritate vel contemtu, sed de attestatione nominis folius*

solius Dei agitur. Exod. 22. vers. u. Concedimus totum argumentum. Nec tribuimus aliquam tactui Evangeliorum autoritatem, ut scilicet eum magis obligatum esse puremus, qui juravit tactis Evangelii, quam qui ritum illum omisit: sed quærimus saltem, an Deus prohibuerit, ut hæc solemnis adhiberi non debeat. Nec etiam tacta Evangelia tanquam testes veritatis à jurantibus invocantur, & ergo, licet ea tangantur, nihilominus de attestatione nominis solius Dei agitur. In citato textu *Exod. 22, n.* dicitur: *Man sollte es auf einen Eyd bey dem Herrn kommen lassen;* & hoc tunc etiam fieri persuasi sumus, quando non solum nomen Dei invocatur, sed simul etiam Evangeliorum tactus accedit.

§. XIX. Coruentibus ita Donelli præmissis, conclusio certe parum quoque in recessu habere poterit. Quare, dicit, *tactus Evangeliorum ex ignoratione verbi Dei inductus.* At, cum ille tactus nihil verbo Dei contrarium in se contineat, nec etiam ex ipsius ignorantie inductus dici potest. Neque ergo sufficit, ut Donellus hæc pro autoritate adducat, sed probationem dictorum adjicere quoque debuisset. Quando denique concludit: *Nec levem esse contumeliam, si quis sine eo (tactu Evangeliorum) satis juratum non putet.* Quasi quidquam sanctius in Evangelio, quam in eo, qui *Autor est Evangelii & rerum omnium;* tunc sane neminem habet, cum quo disputat. Quamvis enim Sichardus *ad Auth. Sacra menta puberum. num. 4.* tactum sacrarum literarum necessario exigi putet, tanquam eo omisso jusjurandum robur non habeat; communiter tamen contraria sententiam jamdudum amplexi sunt DD. quia Deus inter corporale & verbale juramentum non distinguit, Covarruv. *ad c. quamvis. 2. de pact. in 6. p. i. §. i. num. 5.* Wesenbec. *conf. 23. num. 29.* Hilliger

ger ad Donell. lib. 21. cap. 13. lit. B. Unde quidem concedimus Duarenō ad tit. C. si advers. vendit. alisque apud Hiliigerum loc. cit. allegatis, juramentum magis serium putari, cum quis sacra Evangelia tangens jurat, turpiorisque perfidiæ esse, cum is contravenit, qui non tantum sermone, sed & actu corporali Deum testem vocavit; sed, quod addunt, majorem quoque ex ceremonia juramenti vim profluere, hoc est, quod paulo ante cum communī DD. schola rejicimus.

§. XX. Manet ergo, tactum Evangeliorum nihil involvere, quod in Legem divinam & bonos mores impingit, sed potius utilē esse, prout ipse etiam Donellus lib. 24. cap. 14. lit. F. agnoscere videtur, ubi ita: *quamvis enim, inquit, nihil in re & ad perjurium & judicium Dei interficit, sepe tamen multum ad metum ejus, cui defertur. Quia superstitionis plerique alii aliarum rerum metu & religione afficiuntur.* Et paulo post addit: *Jurandum esse eodem ritu, quo delatum est, ut si cui delatum, ut juraret talis scripturis.* Nec obstat, quod tamen nec adhibita hac tactio ne semper perjurium evitetur ob depravatos hominum mores, unde jam suo tempore conquestus est juvenalis *Satyrā 13.*

*Sunt, qui in fortunæ jam casibus omnia ponunt,
Et nullo credant manū Rectore moveri,*

Atque ideo intrepidi quæcunque altaria tangunt: quoniam in plerisque aliis rebus eodem modo evenire solet, ut media adhibita, aptissima etiam, sperato suo successu sœpe destituantur. *Quod si vero propterea hæc media statim rejicienda, omne sine dubio Juramenti genus extirpandum foret, cum admodum frequens sit, ut per abusum nominis divini hominibus imponatur,* v. *Illustr. Dn. Stryk. in tr. de jure sens. Dissert. 7. Cap. I. num. 32.*

§. XXI.

§. XX.. Ex hac tenus deductis decisionem quoque capit quæstio: *Utrum Electores Protestantes in electione Imperatoris absque conscientie scrupulo Evangelia tangere & huic ritui inveterato morem gerere possint?* Ostendimus enim in Cap. I. §. XX. ex Aurea Bulla, daß die weltliche Churfürsten das Evangelium leiblich mit ihren Händen berühren sollen, antequam scilicet ad ipsam electionem sese accingunt. Quemadmodum autem satis clare, ut speramus, a nobis probatum fuit, tactum Evangeliorum generaliter & in se consideratum ex nullo genuino fundamento impugnari posse: ita quoque nunc facilis erit subsumptio, nec Auream Bullam hac parte Electoribus Protestantibus aliquid injungere, quod Eorum conscientiis scrupulum injicere possit, cum Evangelio in se considerato nulla reverentia exhibeat, & aliud omnino sit jurare *Evangelio*, aliud vicissim *tactis Evangelii* jurare, Sprenger *Synops. Jur. publ. cap. 4. Buxtorff. ad A. B. tit. 2. thes. 29. lit. A. Illustr. Dn. Stryk. loc. prox. cit. num. 30.* unde etiam nihil interesse existimemus, an juretur auf das heilige *Evangelium*, an vero zu dem heiligen *Evangelio*, licet hic novam differentiam adesse & Catholicos priorem, Evangelicos autem posteriorem formulam adhibere solere notet Schweder *Introduct. in Jus publ. part. spec. Sect. 1. Cap. 2. §. 19.* Dubium moveri poterat ex Aur. B. Cap. 2. §. 2. ubi habetur, quod peracta *Missa* Electores ad altare, in qua *Missa* eadem celebrata fuit, accedere ibique jurare debant, Missa autem Pontifícia sine dubio a cultu Protestantium externo recedat; Sed facilis est responsio. Primo quidem non sequitur: Electores Protestantes adhuc iuxta modum in A. B. præscriptum jurare tenentur, ergo etiam ad audiendam Missam sunt obligati, possunt tamen duo illa optime à se invicem separari, quod & ita

ita observatum fuisse exempla comprobant. Sic A. 1564^o in Electione Imperatoris Maximiliani II. Protestantes Electores recusarunt quidem interesse Missæ: ea tamen finita venerunt ac juramentum solenniter præstiterunt, Melch. Goldast. Politische Reichs-Händel l. 1. p. 67. Alia exempla & in specie de electione Regis Romani, Josephi, recenset Schweder. loc. alleg. Deinde etiam nil vetat, quo minus Electores Evangelicæ Religioni addicti ipsius Missæ celebrationi interesse queant, quia non Religionis causa, sed officii Politici expediendi ergo adsunt, nec conscientiam laedunt, unde & in electione Ferdinandi IV. Regis Romani & Leopoldi illi cohabitarunt, v. Schweder. loc. cit. Schiitz. Vol. 1. Disp. 10. th. 2. lit. E. & Balthasaris Bidenbachii Bedenken über die Frage: Ob die Christliche Chur- und Fürsten der Augspurgischen Confession mit guten Gewissen und ohne Abergerniz mdgen seyn bey der Messe und andern Päpstlichen Ceremonien, so bey der Thronung der Römischen Königlichen Majestät zu Frankfurt gebraucht werden, quod Consilium dedit citatus Author ad requisitionem Protestantium Francofurti in Comitis d. XXVII. Novembr. A. 1562. & extat in ipsius Consiliis Theologis Decad. 5. Consil. 1. q. modis religiosis.

§. XXII. Diximus tactum Evangeliorum tanquam rem adiaphoram & adhiberi licite, recte etiam omitti posse, v. supra §. II. seqq. Quod tamen limitationem capit in eo casu, si Lex in aliquo actu *expresse* requirat juramentum, ita ut præstetur tactis SS. Evangelii. Tunc etenim ratione effectuum juris consideratum juramentum, quod hac solennitate defituitur, non habebit robur absolutum. Nam *expresse* requisita hæc solennitas à jure est, ita quidem ut juramentum aliter præstitum vim nullam habeat & efficaciam. Ergo licite omitti non potest,

Anton.

Anton. Thesaur. *Decis. 47. num. 4.* Quemadmodum apud Romanos nuda pacta non producebant actionem, si verborum solennitate destituebantur. Et cessant tunc ea, quæ supra in §. V. seqq. attulimus, conf. Illustr. Dn. Stryk. loc. cit. num. 35. & 36. Idem putant obtinere, quando in Legibus quidem solennitas aliqua non requiritur, sed tamen alter mihi juramentum adhibitis certis solennibus præstandum detulit. Donellus *Comment. lib. 24. Cap. 14. lit. G.* Verum hoc simpliciter concedi nequit, nisi subjectis duabus restrictionibus, (1) ut saltem locum habeat in *juramentis extra judicialibus*, quippe quorum forma, ut aliarum conventionum omnium, à solo & unico partium contrahentium arbitrio dependet, qui proinde substantialibus pro lubito vel addere aliquid, vel detrahere possunt. In juramentis judicialibus autem non putamus, quod deferens invita altera parte & invito Judice nova & inusitata solemnia exigere queat, cum hic privata illa disponendi facultas omnino deficiat. Porro (2) videndum, annon *superstitione labores modus jurandi* vel à Lege, vel à deferente etiam præscriptus. Tunc enim pro non expresso habetur. Hinc Senatus Parisiensis, cum juris-jurandi formulæ ceremoniæ superstitione adscriberentur à deferente, ut *præsente sacerdote insulis sacerdotalibus insignito, tadiis ardentibus in æde sacra juraretur*, ceremoniis hisce rejectis satis esse judicavit, si invocato Dei nomine & tacto sacro Codice juraretur, referente Annæo Roberto *rer. judicat. lib. I. cap. II.* Oswald Hilliger ad *Dancell. loc. alleg. lit. I.*

§. XXIII. Hæc, quæ modo diximus, fundamenti loco substerni possunt, quando de moralitate reliquorum solennium in *Cap. I.* recensitorum quæstio incidit. Non potest

potest reprehendi consuetudo judiciorum, vi cuius masculi erectis duobus, vel tribus etiam prioribus digitis: feminæ autem illis pectori dextro nudato, vel tecto, impositis jurandum solenniter præstant, præcipue cum in illis signis non mysterium aliquod queratur, sed eadem majoris saltem demonstrationis gratia adhibeantur, sumnum & omniscium Numen tanquam veritatis testem & Vindictæ ultorem invocandi. Non potest superstitionis argui, si quis nudato capite, vel flexis genibus juret, cum eo ipso cultus & reverentia omnisciæ teatis, quem invocant jurantes, externè etiam declaretur. Hoc quidem certum est, reverentiam illam magis ex animo jurantis, quam ex gestibus, qui saepe fallere possunt & à malevolis etiam hominibus ad decipiendos alios adhibentur, judicandam esse; sed cum tamen hominibus interiora cordis scrutari non liceat, is, qui gestibus externis submissionem, præ se fert, tamdiu pro se habet præsumptionem genuini cultoris, donec contrarium ex eventu postea appareat. Adhibentur & non raro verba, adhibetur ipsa invocatio divini Numinis, in quo juxta unanimem omnium consensum forma substantialis juramentorum consistit, ad decipiendum proximum; sed quis propterea usum istiusmodi signorum simpliciter rejicere vellet?

§. XXIV. Nec ritus accendendi candelas, aperiendi fenestras, & similes, quos in §. XXVI. Cap. I. recensuimus, simpliciter sunt rejiciendi, si eo modo explicitur, prout ibidem communem explicationem adductam reperis. Multi sunt abusus, multa superstitionis genera circa hæc & alia adiaphora; sed iterum hic res dependet ex intentione, qui iis utitur. Quemadmodum etiam multas

multas habemus ceremonias in Ecclesiis nostris, quæ licite retinentur, si modo superstitione detrahitur, & præcipue Ecclesiæ Ministri plebem sedulo instruunt, ne ejusmodi adiaphoris magis, quam decet tribuat, quamvis hic interdum maximus defectus deprehendatur, qui non Religioni, sed desidiaz, vel si mavis peculiari interesse certarum personarum adscribendus. Superstitione foret, si quis sibi imaginaretur, Diabolo non competere potestatem in perjurium, nisi fenestræ fuerint apertæ; verum si ita explicetur ille ritus, quod Deo omnia sint aperta, vel, si ea intentione fiat, ut major jurantibus terror inveniatur, qui scipiuscule rebus sensibilibus nimis quantum sunt adservi, tunc innocens plane est & reprehensione vacuus. Relatus nobis est à Viris fide dignis lepidus quidem, sed rarus simul casus, qui non indignus est, ut apponatur. Contigit aliquando, ut in Consistorio, quod Custrini est in Marchia nova, alicui juramentum purgatorium per sententiam judicialem imponeretur. Paratus erat Reus ad juramentum illud præstandum. Digitos elevaverat & jam formulam juramenti a Secretario Consistorii prælectam recitare incipiebat. Quid accedit? Apertæ erant fenestræ, prout mos ferebat, & in horto, quem ni fallimur, Civis aliquis prope Consistorium habebat, lepus, animal illud notum longisque auribus præditum, commorabatur. Hic forte fortuito, quia locus Consistorii in infima contignatione erat, gradu concitato in fenestram apertam se se conferebat. Res si non omnibus, ad minimum tamen juraturo incognita, tantum ipsi metum incutiebat, ut Diabolus in forma leporis apparere eumque perjurum statim ad infernales cruciatus abducere velle firmiter sibi persvaderet. Ait cum hoc diversorum ipsi non adeo gratum videretur,

digitos dimittebat veritatemque facti ingenue profitebatur. Nec ergo suo effectu hic destituebatur ritus ille.

§. XXV. Ipsa quoque, quæ in judiciis nostris adhiberi solet, de perjurio vitando avisatio, suo effectu sœpe non caret, præcipue si ab Ecclesiæ Ministro & in specie a confessionario jurantis expeditatur. Habuimus hic Halæ ante annos aliquot notabilem casum, ubi quidam de commissio adulterio inculparus indicisque non contemnendis gravatus ad præstandum purgationis juramentum condemnabatur, qui ab initio itidem illud præstare non dubitabat, postea tamen a sacerdote serio admonitus in hæc erumperat verba; *Disse wärre sein Bekantniz, Gott sey mir armen Sünder gnädig.* Et hinc non nulli phrasin, ein gelehrter Eyd pro juramento avisato capiunt, da einer gleichsam vorher gelehret ist, was ein Eyd oder Mein-Eyd auf sich habe. Tales avisationes non facile sunt negligendæ, præsertim si à rudioribus juramenta præstantur, penes quos teste experientia tanta sœpe Legum divinarum invenitur ignorantia, ut vix verba catechismi calleant, sensum autem præceptorum divinorum non asséquantur. Honestiores plerumque & de perjurio non suspecti prælectionem solennis formulæ avisationis de perjurio declinare solent, & si Judex nihilominus illis eandem prælegere velit, regerunt: *Es möchte der Richter Sie mit Vorlesung dieser Formul verschonen, Sie wüsten Gott lob! woll, was ein Eyd wäre, und würden Sie ihr Gewissen schon selbst beobachten,* conf. Illustr. Dn. Stryk, *de usu juram. in judic. §. 12.*

§. XXVI. Circa Judæorum juramenta, quatenus illa ex præscriptio Ordinationis Cameralis præstanta sunt,

funt, nihil est quod moneamus. De moralitate siquidem execrationum, quæ frequentes in hisce juramentis comprehenduntur, jam supra satis actum est, quo nos brevitas causa remittimus. Quod mores Juris Saxonici veteris attinet, daß der Jude auf einer Schweinshaut barfuß stehen und den Eyd ablegen solle, jam *C. pit. I. §. XXXII.* monstravimus, mores illos admodum dubios esse; sed posito, eos revera viguisse apud Saxones veteres, comprehendimus enim nonnullos provocare ad B. Ziegleri *Disp. de Juribus Judæorum c. 5. §. 5.* quam tamen nobis evolare non licuit, tunc sane quilibet facile advertit, quod ex nullo genuino fundamento defendi queant. Quando enim alias intuitu Judæorum queritur: Utrum Princeps eos, qui in suo territorio vivunt, compellere possit, ut Christianorum conciones frequentent? licet quidam affirmativam propugnare voluerint; perspicue tamen negativam ex hoc fundamento adstruit Exc. Thomasius in *Disp. de Jur. Princ. circa adiaph. cap. I. §. 8. in fin.* quia frequentare conciones Christianorum eorumque sacris interesse Judæis turpe videtur, nec ad tranquillitatem Reip. quid confert, igitur ipsorum conscientiae vis non inferenda. Et quamvis conscientia eorum sit erronea, error tamen non emendatur coactione &c. Subsumimus: atqui non solum carnem suillam comedere, sed in cute etiam suilla stare Judæis turpissimum videtur, nec ad tranquillitatem Reip. ille ritus quid confert, igitur nec hac ratione conscientiae ipsorum vis inferenda. Neque etiam Judæis scandalum dandurn, aut fides veri elicienda magis ex aversatione cutis suillæ, quam reverentia Numinis, sunt verba Illustris Strykii d. *Disp. de usu juram. in jud. §. 9.*


62 CAP. II. DE MORALIT. SOLENN. JURANDI.

§. XXVII. Solennia in juramento conjurationis Catilinæ adhibita, quæ ultimum locum in *Cap. preced.* §. ult. occupabant, quemadmodum in re illicita adhibebantur, ita quoque in se erant turpissima. Nec ulla apparent ratio, quæ hic dubium aliquod movere possit. Equidem adhuc nonnulla dicenda esse videbantur de more jurandi per Sanctos, per Angelos, super igne S. Antonii, super missæ Canonice, &c. v. Hillig. *ad Donell. lib. 21. cap. 12. lit. C.* sed cum hæ quæstiones ab aliis passim tractentur, & disputatio jam præter intentionem creverit, ea sequestrare voluimus. Subsistimus ergo, postquam tam divino Numini pro innumerabilibus beneficiis suis ea qua decet humilitate & reverentia, solennes perfolvimus gratias. Sit

Eadem

LAUS ET GLORIA IN
PERPETUUM.





ULB Halle
002 406 853

3



Sb.





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



Pra. 14. num. 76.

196

19

DISPUTATIO JURIDICA
DE
**SOLENNIBUS
JURAMENTORUM,**

QUAM

ANNUENTE DEO TER OPT. MAX.

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DN. FRIDERICO WILHELMO,
REGNI PORUSSICI, ELECTORATUS
ET PROVINCiarum BRANDENB. HEREDE,
ET RELIQUA,

IN ILLUSTRI ACADEMIA FRIDERICIANA

PRÆSIDE

JAC. FRIDERICO LUDOVICI,
J. U. L. & Profess. Publ. Extraord.

Placito Eruditorum examini submittit

Tham Löser, Eques Misnicus.

Ad. d. VI. Maii Anno MDCCII. H. L. Q. C.

Typis CHRISTOPH. ANDREÆ ZEITLERI, Acad. Typ.

